pete·maſc·Vir·pulchroſq; tapetas. Tributum neutro·ſed maſc·Cato originum libris·Ne prædia in lubricum dirigerentur cum tributus exigeretur. Teſta genere fœm·ſæpe inuenitur, neutro apud obſcuræ authoritatis, ſed ſummos ſcriptores legimus. Turdi maſc·ſunt generis, ut plerūq; lectum eſt, fœm·Varro quinquatribus tu pleni contra Caudes audes dicere cū in eborato lecto, ac purpurei operis toro cubare uideas ægrotum, & eius prius album, quam tympen ſubducere malis. Tarditas generis fœm maſc·Varro bimargo, ne me prædatus uerſuū tardor, ne prenet tarte cum pritymon certum. Tibia generis fœmi·maſc·Varro medio·Quare meas lubidines, ac tibias bilingos. Tartara genere neutro·Virgil·lib·yi·Ac leua malorum exercet pœnas, et ad impia tartara mittit, Maſcu·Virgilius lib·yi·Tum tartarus ipſe bis patet in præceps tantum.

V

VTERVS Maſc·genere dicitur·neutro Plautus aulul·Perij mea nutrix, obſecro uterum dolet·Turpilius philopatro·diſperij miſera·Vterū cruciatur mihi·Afranius uopiſco·ſedit uterum, non ut omnino tamen. Venatus maſc·eſt generis·Virgil·lib·yiij·Venatu aſſiduo, & totum cognouimus amnem·& geor·Sed ram·atq; aſper iuxta uenatus alebat·Venatura fœm·Plautus milite glorioſo·Vident uillam oculis uenaturam facere, atq; aucupium auribus. Vultus maſc·genere appellatur·Virgi·lib·y·Me'ne ſalis placidi uultum, fluctuſq; quietos·Neutro Lucretius lib·iiij·ut patribus patri ſed quod utriuſq; figuræ eſſe uides iuxtim miſcentes uulta parentum·Ennius·aduerſabantur ſemper uiuos noſtraq; uulta.

Vulgus neutro genere ſolum dici putat·Lucilius ſatyr·lib·xiiij·Dilectum uideo ſtudioſe uulgus habere·Maſc·Siſenna hiſtoriarum lib·iij·Imperitum contat uulgum·Virgil·æn·lib·ij·Hinc ſpargere uoces in uulgum ambiguas·Accius euryſace·Diffidam amantem cadere turbat uulgum ambigua·Accius·Euitat mœros diſicat·Idem epigono, & non'ne arguos fremere bellum, & uelle ui uulgum uidet. Varro crono περὶ ταφῆς. Quare Heraclides Ponticos plus ſapit qui præcepit, ut combureret, & aquam Democritus, qui ut in melle ſeruarent, quē ſi uulgus ſecutus eſſet per eam ſic centum denarijs calicem mulſi emere poſſimus·Idem ὄνος πρὸς λύραν. Iurgare cœpit dicens, quæ facis atq; in uulgum uulgas. Vſus generis maſcu·Cicero orato·li·ij·Adiungetur uſus frequens, qui omnium magiſtrorum præcepta ſuperaret·fœm·Plautus amph·uſuramq; eius corporis cœpit ſibi·Accius oenomao·Atque hanc poſtremo ſolit uſuram cape·Varro ταφῆ μενίππου. Diogenem literas ſciſſe dum uſioni quod ſatis eſſet. Vectis generis maſcu·Lucilius ſatyr·lib·iiij·Ne agitarem, manu tu peſſulus, & hunc uectem poſſis cuneis ipſo·Virgil·Centū ære claudunt uectes.

Vepres generis maſc·Virgi·Sparſi rorabant ſanguine uepres·fœm·Pomponius portoperipocons. Vepra eſt ueprecula·Lucretius lib·iiij·Nam ſæpe uidemus illorum ſpolijs uepres uolitantibus auctas. Vadum generis neutri·Virgil·æn·li·i·In uada cæca tulit·Maſc·Salluſtius hiſtoriarum li·i·Et uox ſtipidius adueniens cum legionibus, poſtquam tantas ſpiras haud facilem pugnantibus uadum cuncta hoſti quàm ſuis opportuniora uidet. Veſpera fœm·optatum germanus meas ueſpera oriente clanculum ferri ad ſpeciem delino·maſcul·Plautus amph·Hæc illis eſt pugnata pugna uſq; ad mane ad ueſperum·Virgi·geor·lib·iij·cum frigidus æthera ueſper temperat·Terent·heauton·Nunquam tam mane domo egredior, neq; tam ueſperè reuertor. Vtres uſu generis maſc·tantummodo deputantur·neutri Lucilius Andronius·flacci teget utria. Vigiliæ generis fœm, ſunt ut plerūq; neutri Varro eudæmonibus·Animum mitto ſpeculatum toto orbe, ut quid facerent homines cum experrecti ſint, me faceret certiorem, ſi quis melius operam ſuperet, ut eius conſilio potius uigilium adminicularem noſtrum q uidet alium curuantem extrema noctis tempora. Victus pro uita poſitum genere Maſcul·Mar·Tul·de finibus bonorum, & malorum libro quinto·Perſecutus Ariſtoteles animantium omnium ortus, uictus, figuras.

## DE VARIA SIGNIFICATIONE SERMONVM PER·A·LITERAM.

ADVORSVM Significat contra·Terent·Adelph·Neq; ſeruulorum quiſquam, qui aduorſum ierāt·Plautus aſinaria, quæ illæc præda eſt? Ibo aduorſum, atq; electabo quicquid eſt·Aduorſum rurſus apud ſignificat·Titinnius gemina·Mulier credo aduorſum illū res ſuas conqueritur·Ter·andria·& id gratum fuiſſe aduorſum te habeo gratiam·Ennius thelepho·Teipſum hoc oportet profiteri, & proloqui aduorſum illam mihi·Afranius excepto de uita, ac morte domini·Fabulauere aduorſum fratrem illius, ac dominum ſuum·Plautus aulul·Ego'ne ut te aduorſum mentiar mater mea? Mar·Tul·de finibus bonorum, & malorum lib·iij·Nec uero pietas aduorſum deos, nec quanta ijs gratia debeatur ſine explicatione naturæ intelligi poteſt. Anima eſt ſecundum conſuetudinem ſpiritus, quo uiuimus·Virgil·geor·lib·iiij·Animaſq; in uulnera ponunt·Anima rurſum halitus oris, & odor Virgil·geor·lib·ij·Animas & olentia medi Ora fouent illo, & ſenibus medicantur anhelis·Titinnius fullonibus·Interea fœtida anima naſum oppugnat·Plautus aſinaria·An fœtet anima tuæ uxori? Idē mercatore·Ieiunitatis plenus animam fœtidat·Cæcilius·quæ mihi, ubi domū aduenī, Aſſedi extemplo, ſauiū dat ieiuna anima·Anima aqua, Plau·amph·Ni ego illi puteo, ſi occepſo, animam omnem intertraxero. Anima ſonus·Varro eudæmonibus·phrygios per oſſa cantus liquida canit anima·Anima iterum ſignificat iracundum, uel furioſum, unde et animoſi dicuntur iracundi·Plautus amph·animam comprime·Accius menalippo·Ego'ne auxilio motus, temere ut hoſti me animato offeram·Idem epinauſimache·ut nunc cum animatus iero, ſatis armatus ſum·Nouius fullonibus·Feriatis nihil eſt periculi, dabo tibi uirum ualidum, uirum animoſum·Mar·Tul·de repu·li·i·Ergo non probares conſilio pulſo lubidines, quæ ſunt innumerabiles iracundiæ, quæ tenerent omnia·Ego uero nihil iſto animo nihil ita animato homine miſerius ducerem·Idem de repu·lib·i·Tum uirtute labore induſtria quereretur ſummi uiri indolem, niſi nimis animoſe ferox natura illum neſcio quo·Virgil·geor·li·ij·Quos animoſi euri aſſidue frāguntq;, feruntq;·Et æn·lib·xi·Pone animos & pulſus abi·Lucilius lib·xxx·Atq; animoſam Theſſaliam & indomitam frenis ſubigantq;, domentq;·Anima uentus·Virgilius æneidos lib·yiij·Quātum ignes, animæq; ualent·Lucretius lib·y·Aurarumq; leues animæ, calidiq; uapores·Varro margopoli περὶ ἀρχῆς noctylucam tollo, ad focum fero, inflo, anima reuiuiſcit·Idem coſmoptorine περὶ φθορᾶς κόσμου. Detis habenas animæ leui dū uentus uos flamine ſudo ſuauē ad patriā perducat. Accius myrmidonibus, laſſis trahere in ſalum, & uela uentorum animæ immittere·Plautus aulul·Neq; quid emittat animæ dormiens. Aptam neceſſariam·Mar·Tul·de repu·lib·iiij·Eademq; obiectum uino, atq; umbram, noctemq; efficiat, cū

ad numerum

ad numerum dierum aptum ad laborum quietem. Aptum eleganter, ac neceſſarie poſitum. M. Tul. de offi. lib. i. ut enim pulchritudo corporis, apta compoſitione membroru͂ mouet oculos, & delectat. Idemq́; ſed facile iudicabimus, quid eoru͂ apte fiat, quid ab officio, naturáq; diſcrepet. M. Tul. de finibus bonorum, & malorum, li. iij. Itaq; natura ſumus apti ad cœtus conſilia ciuitatis. Aptus ſignificat adeptus. Accius menalippo. Obuia mens, idq́; aduorſum aptus alteri i̅ promptu occupat. Pacuuius hermiona. Quod ego in acie obiectans uitam, bellando aptus ſum. Lucilius li. xxix Vt ſi id quod concupiſſet non aptus. Aptum co̅poſitum, paratu͂. Virg. æn. li. iij. Interea claſſem uelis aptare iubebat Anchiſes. Idem li. x. Proiectum du͂ pede leuo Aptat ſe pugnæ. Pomponius. Eius aptare puer munde, atq; ampliter conuiuia. Aptum rurſum connexum, & colligatu͂ ſignificat. Virg. geor. li. iij. Ipſis e' torquibus aptos iunge pares. Accius Demetrio. Hinc colemena lege munus aptu͂ cornibus. Lucilius ſatyr. li. x. Conſellas quoq; uadidis in funibus aptas. Idem li. xyi. Ibat forte aries i̅quit iam quod genus qua͂tis reſtibus uix uno filo hæc ſe hærere putares. Pellicula extrema exaptum pendere onus ingens. Varro, mutuu͂ muli ſcabu͂t περὶ ἀφορισμοῦ. Vbi lucus opacus teneris fructibus aptus. M. Tul. de deorum natura li. iij. Quis enim hunc hominem dixerit, qui tam certos cœli motus tam ſtatos aſtrorum ordines, tamq́; inter ſe omnia connexa, & apta uiderit, neget his ulla͂ ineſſe rationem? Salluſtius hiſt. li. iij. Quod ubi fruſtra tentatum eſt, ſocordius ire miles obrepere no͂ aptis armis, ut in principio laxiore agmine. Lucilius li. xxx. Vnus conſternit nouis uetus peſtibus aptus. M. Tul. in hortenſio. Altera eſt nexa cum ſuperiore, & inde apteq́; pendens. Et thuſ. li. V. Fulgente͂ gladium e' lacunari ſita equi aptum dimitti iuſſit. Aequales ſunt ſimiles, & ex æquo. Afranius uopiſco. Et quidem te nunquam mihi paraſitum, uerum amicum æqualem, atq; hoſpitem quotidianum, & lautum conuiuium domi. Aequales rurſum æquæui. Vir. Aenei. li. x. Necnon Euantem Phrygium, Paridiſq́; mnanta Aequalem. Lucilius ſatyr. li. V. Aeteru͂ unu͂ cecidiſſe tamen ſenem Tireſiam æqualem co͂ſtat. Afranius priuigno. Noui amicum, atq; æqualem meum. Virg. li. V. Aſt illum fidi æquales. Ter. eunucho. Patris cognatum, atq; æquale͂ Archimenidem noſtin'? M. Tul. de offi. li. iij. P. Scipionem. M. filium eum, qui primo Africanus appellatus ſit dicere ſolitu͂ ſcripſit Cato, qui fuit fere' eius æqualis. Et de ſenectute. Ego uero propter ſermonis delectationem tempeſtiuis quoq; conuiuijs delector, nec cum æqualibus ſolum, qui pauci admodum reſtant, Sed cum ueſtra etiam ætate. Apertum purum, ſerenu͂. Virg. æn. li. i. Scindit ſe nubes, & i̅ æthera purgat apertu͂. Apertu͂ dicitur patefactum. Virg. li. yiij. Iamq́; adeo exierat portis equitatus apertis. Tere͂. adelphis. Abi præſtrenue, ac fores aperi. Aperit mitigat. placat. Virg. æn. li. i. Et uaſtas aperit ſyrtes, & temperat æquor. Apertum, nudatum. Turpilius demiurgo. Apertæ ſuræ, brachia autem procera horrorem mihi ex corde exſuſcitabant. Salluſt. hiſt. li. V. Quibus de cauſis Syllam in uictoria dictatorem ſibi equo deſcendere, ſurgere de ſella, caput aperire ſolitum. M. Tul. de offi. li. ij. Verentur enim, ne ſiquo caſu euenerit, ut corporis partes quæda͂ aperiantur, aſpiciantur non deco͂ræ. Virg. li. yi. Aperit ramu͂, qui ueſte latebat. Varro eudæmonibus. Capite aperto eſſe iubet, ante lucem ſuſcitat. Siſenna hiſt. li. iiij. adoriuntur aduerſos, ut apertis lateribus. Varro de uita popu. Ro. lib. i. Minoris natu capite aperto erant, capillo pexo, utiq; innexis crinibus.

Aperire erigere oſtendere. Virg. æn. lib. iij. Quarto terra die primum ſe attollere tandem uiſa aperire procul. Idem æn. li. yiij. Patriumq́; aperitur uertice ſydus. Varro meleag. non modo ſuris apertis, ſed pene' natibus apertis ambulans. Autumare eſt dicere. Pacuuius periboea. Flexa non falſa autumare dictio delphis ſolet. Idem hermiona. Quid bene faciam ei patris, cuius opera te eſſe ultum autumat? Lucilius li. xxyiij. Socrati ut quid dante tyranno miſiſſe Ariſtippum autumant. Plautus amph. Niſi hoc ita factum eſt perinde, ut factum eſſe autumo, non cauſam dico uerum no͂ ſimules probari. Autumare eſt ſperare. Pacuuius doloreſte, aut hic eſt, aut hic adfore actutum autumo. Altum no͂ ſolum aerium, uel profundum ſicuti plerunq;. Altum ab alendo dictum. Varro manio. Habens antepoſitam almoniam ſedens altus alieno ſumptu. Altum magnum, uel glorioſum. Virg. geor. li. iiij. Te ſine nil altum mens inchoat. Altum, uetus, antiquum. Virg. geor. lib. iij. Altius omnem expediam prima repetens ab origine famam. Et li. yiij. Quid cauſas petis ex alto. Accius armorum iudicio. Cur ueterata ex alto appetis diſſidia Agame͂non. Altum preſſum, obſcurum. Virg. li. xi. Quid me alta ſilentia cogis rumpere? Idem in eodem. Sin altior iſtis ſub precibus uenia ulla latet. Aditus interpellatio. Ter. andria. Aliquot me adierunt ex te auditum qui aiebant. Virg. li. x. Regem adit, & regi memorat, nomenq; genuſq́;. Lucilius li. xxyij. Cum pacem peto, cum placo, cum adeo, & cum appello meam. Aditus ingreſſus. Vir. li. ix. Huc turbidus, atq; huc, luſtrat equo muros, aditumq́; per auia quærit. M. Tul. de ſupplicijs. In ipſo aditu, atq; opere portus. Aditus rurſum aduētus. Accius medea. Tu͂c Diomedes & cuius aditum expectant, peruixi uſq; adhuc. M. Tul. ad Cæſarem iuniorem li. i. Et aut ad conſules, aut ad te, aut ad Brutum adiſſent his fraudi ne eſſent, quod cum Antonio fuiſſent. Attendere eſt intendere. M. Tul. de offi. lib. iij. Et ſi cum animum attenderis turpitudinem uideas adunatam. Accius Diomede. Simul aurem attendo, ut qui rem exaudire amplius. Lucilius li. xxix. Præterea ut noſtros animos attendere dictis, atq; adhibere uelis. Idem li. xxyij. Rem cognoſcas ſimul, & dictis animum attendas poſtula. Pacuuius Antiopa. Sed cum animum attendo ad quære͂dum quid ſiet. Pomponius macco. Quid futurum eſt. Si pol ego hanc diſcere arte͂ attenderim? Attendere perſeuerare. Accius Diomede, Si unquam perpediar gnato puer, ne attenderis petere a' me, id qđ nefas ſit concedi tibi. Appellare eſt familiariter reſpondere. Lucilius li. xxyij. Cum mei me adeunt ſeruuli, non dominam ego appellem meam? Appellare eſt applicare. Afranius excepto. Habitu appellant huc ad molem noſtram nauiculam. Lucilius li. xxyi. aggere in iaciendo ſiquod eſt in uineis actis opus primum id dant operam, & quamprimum appellant. Appellare, nominare. M. Tul. de offi. libro tertio. P. Scipione͂. M. fili, qui primus Africanus appellatus ſit. Aemulus eſt i̅uidus. Virg. æn. li. V. Aemula nec dum temporibus geminis canebat ſparſa ſenectus. Et li. yi. Aemulus exceptum triton. Aemulus eſt ſectator, uel imitator. M. Tul. pro M. Marcello. Illo æmulo, atq; imitatore ſtudiorum meoru͂, ac laborum. Salluſtius hiſt. li. iij. Sed Pompeius a' prima adoleſcentia ſermone fautorum, ſimilem fore ſe credens Alexandro Regi, facta, conſultaq́; eius quide͂ æmulatus erat. Virg. æn. li. x. Spemq́; meam patriæ, quæ nunc ſubit æmula laudi. Aemulus ſimilitudinem uitæ, uel inſtituti ſequens. M. Tul. de repu. li. i. Quia eni͂ iudicatur iſte optimus doctrina, artibus, ſtudijs, audio qua͂do. Argutu͂ ſignificat ſona͂s. Virg. bucolicas. Forte ſub arguta co͂ſederat ilice daphnis. et multa huiuſmodi. Argutu͂ audax malitioſum. Lucil. li. xxyiij. Agite agite fures me͂daci argutamini. Plau. muſtellaria. Exi e' culina, ſis foras maſtigia, q mihi i̅ter patinas exhibes argutias. Argutum paruum, ac lætum. Vir. geor. li. iij. Argutumq́; caput, breuis aluus, obeſáq; terga.

Accipere tractare, icrepare. M. Tul. i uerrinarũ actione ſecũda. Male accipit uerbis. & ad Cæſarẽ iuniorem. li. i. Rogo ipſum, quẽadmodũ eũ ego, armis acceperit. Accipere ẽ datum ſumere. Virg. æn. li. iij. Accipe, & hæc manuũ, tibi quæ monimenta mearũ ſint puer. Accipere ſentire. Ter. ἑαυτον. Clinia aliter tuũ amorem, atq; eſt, accipis. Accipere uidere. Virg. li. yiij. Vt te fortiſſime teucrũ accipio, agnoſcoq́; libens. Varro de re ruſtica li. iij. Cũ diceret, ſe nullã accepiſſe ullã, qua magis delectatus eſſet. Accipere cõcipere. Virg. li. yiij. Alij uẽtoſis follibus auras Accipiũt, reddũtq́;. Accipere audire. M. Tul. Accipite nũc aliud eius facinus nobile. Lucil. li. xxx. Hoc etiã accipe qđ dico, nã ꝑtinet ad rẽ. Virg. æn. li. ij. Accipe nũc Danaũ iſidias, & crimine ab uno diſce omnes. Accipere poſcere. Ter. eun. Accipit hominẽ nemo melius prorſus, neq; prolixius. Accipere decipere. Lucil. li. xxix. ſi inquã ueteratorẽ illũ uetulũ lupũ Annibalẽ acceptũ. Accipere admittere. Plau. aulul. optumus tu cõditionẽ hanc accipe. Ardere eſt ignoſcere cõcremari. Virg. æn. li. V. Nanq; uolãs liqdis i nubibus arſit arũdo. Idẽ li. ij. Iã proximus ardet ucalegon. Ardere feſtinare. Virg. æn. li. i. Inſtãt ardentes tyrij, pars ducere muros, moliriq́; arcẽ, & manibus ſubuoluere ſaxa. Idẽ li. xij. Ardet in arma magis. Ardere fulgorẽ, et ſplendorẽ emittere. Virg. æn. li. iiij. Tyrioq́; ardebat murice læna. li. xi. Ardet apex capiti, criſtiſq́; à uertice flamma funditur. ardere dolere, uel iraſci. Virg. li. x. Proxima quæq; metit gladio, latumq́; ꝑ agmen ardens limitẽ agit ferro te Turne ſuperbũ cæde noua quærens.

Acre ſignificat celer, uelox. Virg. geor. lib. iij. Calidumq́; animis, & curſibus acrẽ. Idẽ æn. li. iiij. At puer Aſcanius medijs i uallibus acri gaudet equo. Acrem auſterũ, acerbũ, aſperũ. M. Tul. i hortenſio. qđ alterius igeniũ, ſicut actũ ægyptiũ alterius ſic acrius mel hymettiũ dicimus. Varro parmenone. Dimittiſq; acri pectore curas tãtũ, cãtaniq; poeſim. Acre ſeuerũ. M. Tul. de offi. li. i. Suũ qſq; igitur noſcat igeniũ, acremq́; ſe & bonorũ, & malorũ ſuorũ iudicẽ præbeat. Idem eodem. Vtendũ eſt fortaſſe uocis cõtentione maiore, & uerborũ grauitate acriore. Acrẽ fortem. Virg. æn. li. yij. Aut acrẽ dubites i prælia poſcere Turnũ. Cice. thuſ. li. V. In rebus gerũdis uerũ acrẽ, & iduſtriũ, eũdem tamen maleficũ natura. Acre uehemens ſæuũ. M. Tul. i hortenſio. Aut Philippo breuius, aut theopõpo acrius. Virg. geor. li. iij. Acremq́; moloſſum paſce ſero pingui. Idẽ æn. li. V. Acrior ad pugnã redit, ac uim ſuſcitat ira. M. tul. uerrinarũ actiõe de ſignis. Acre prouidũ diligẽs. Virg. geor. li. ij. Iã tũ acer curas uenientẽ extendit i amnũ ruſticus. Aer eſt mediũ ſpatiũ, qđ iter cœlũ ẽ, & terrã. Vir. æn. li. V. Aera dimouit tenebroſum, & diſpulit umbras. Aer altitudo. Vir. æn. li. V. Vbi aera uincere ſummũ arboris aut ullæ iactu potuere ſagittæ. Aer ſonus. Varro andabatis. Anima ut cõcluſa i ueſica quãdo eſt arcte ligata, ſi ꝑcuderis, aera reddet. Amarũ dicitur aſperum. Virg. geor. li. ij. Et amara pauſia bacca. Lucre. li. iiij. Interea ꝑpotet amarũ abſynthij laticem. Amarũ acerbũ. Vir. æn. li. iiij. Iſq; amens animi, & rumore accenſus amaro. Admonere cõmonefacere. M. Tul. in Verrẽ de ſignis. Recte admones, Polycletũ eſſe dicebãt. Admonere ꝑcutere. Virg. li. x. Lucagus ut pronus pendens i uerbera telo admonuit bijugos. Ambire ſignificat circuire, & cõcludere. Vir. li. iiij. Quæ rapidus flãmis ambit torrentibus amnis. Idẽ li. x. atq; oras ambijt auro. Ambire ambitionibus appetere. Vir. li. yij. Ne cõnubijs ambire latinũ Aeneadæ poſſint. Ter. andria. Niſi uides, niſi ſenis amicos oras, ambis. Ambire iterpellare. Virg. æn. li. iiij. Quonã Reginã ambire furentem audeat affatu. Agere gerere. Varro bimargo. Non hercules potes q̃ agebas, ſed cenopron. Audacia cõſuetudine temeritas dicitur. Sal. Catilinæ bello. Audacia pro muro habetur. Audacia fiducia. Virg. li. V. Quiq; pedũ curſu ualet, et qui uiribus audax. Atrũ dicitur nigrũ. Virg. li. V. Quinquaginta atris imanis hiatibus hydra. Et geor. li. iij. Hic piſcibus atrã iprobus igluuiem. Varro eudæmonibus. Vix uulgus cõfluit nõ furiarũ ſed puerorũ, atq; ancillarũ, q omnes me bilem atram agitare clamitãtes. Alumnos cõſuetudo quos alas, uel educes, uel eos qui alunt, dici uult. Virg. lib. yi. Nec Romula quondã ullo ſe tantũ tellus iactabit alũno. M. Tul. i uerrẽ de ſupplicijs. Italia autẽ alũnũ ſuũ ſeruitutis extremo, ſummoq́; ſupplicio fixum uideret. Varro ſeſquiulyſſe. Vbi qđ lupã alũni fefellerũt olim. Idẽ eudæmonibus. Et cur de iproviſo ad nos accedit cana ueritas atticæ philoſophiæ alumna. Alumnũ filiũ. Virg. li. yi. Necnõ & tityon terræ omnipotentis alũnũ. Pacu. teucro. Quæ deſyderia alumnũ penitudines quales, ſcabreſq́; icultas uaſtitudines. Alũnũ domnũ. Virg. li. xi. Caro datus ibat alũno. Agere læto dare. Virg. æn. li. i. Tũ uulgus in omne miſcet agens telis. Actũ rotatũ. Virg. æn. li. ix. Ipſe ter adducta circũ caput egit habena. Agere loqui. Ter. adelph. Sed eſt'ne ipſus, de quo agebã? Actũ dicitur ꝑfectũ. Virg. li. yi. His actis, propere exequitur præcepta ſibyllæ. Agere ꝑſequi. Vir. æn. li. iiij. Quã procul icauta nemora iter creſia fixit Paſtor agens telis, & æn. li. yiij. Quos illi bello profugos egere ſuperbo. Actũ appulſum. Virg. li. yij. Siue errore uiæ, ſeu tẽpeſtatibus acti. Varro lege menia. Nõ hos pactolus aureas undas agens eripiet unq̃ è miſerijs. Actũ ifixũ. Virg. li. ix. Sed uiribus enſis adactus trãſadigit coſtas. Varro γνῶθι σεαυτόν. Nõ uidetis unus ut paruulus amor ardi fœta lampade arida agit amantis æſtuãtis. Actũ coactũ territũ. Virg. li. yi. Prodigijs acti cœleſtibus oſſa piabũt. Agere fugere. Virg. geor. li. ij. Et membris agit atra uenena. Actum admotum. Virg. li. yiij. Accelerant acta pariter teſtudine uolſci. Lucil. lib. xxyi. Agere in iaciendo ſiquoſt in uineis actis opus. Aſperum ſignificat inſuaue. Terẽ. ἑαυτον. Aſperum pater hoc eſt, aliud lenius ſodes uide. Virg. geor. li. iiij. Aſper in ore ſopor. Aſperum nocens. Virg. æn. li. iiij. Sæuit agris, aſperq́; ſiti atq; exterritus æſtu. Aſperum exaſperatum non leue. Virg. li. ix. Bina dabo argento perfecta, atq; aſpera ſignis pocula. Aequare eſt cum æquitate diuidere. Virg. æn. li. i. Operumq́; laborem partibus æquabat iuſtis. Aequare cõtinuare. Virg. li. yiij. Felix ſi protinus illũ æquaſſet noctis ludum. Accõmodatum dicitur adiũctum. Virg. æn. li. ij. Lateriq; argiuũm accõmodat enſem. M. Tul. in uerrem in frumentaria. Flagitia lubidiniſq́; accommodat. Accius bacchidib. Tunc ſylueſtres exuuias ſæuo pictas lateri accõmodant. Idem de offi. li. i. Qui ſe ad rẽpu. & ad magnas res gerẽdas accõmodauerũt. Et de repu. li. i. Expoſitamq́; ad exemplum noſtræ reipu. accõmodabo eam ſi potero omnem illam orationem, quæ eſt mihi habenda de optimo ciuitatis ſtatu. Accomodatũ procliue, propenſum. M. Tul. in uerrem actione. iij. Tunc præterea maxime ſedati, & quieti propè præter cæteros ad ſummum græcorũ otiũ, potiusq̃ ad ullam uim, aut tumultũ accõmodaui. Accõmodare adhibere. M. Tul. de of. li. iij. Tãtũ dabit amicitiæ, ut ueram amici cauſam eſſe malit, ut orãdæ litis tẽpus, quoad ꝑ leges liceat, accõmodet. Et de ſenectute. Cæterũ & tẽpora metẽdis frugibus, & ꝑcipiẽdis accomodata ſunt. Aridũ dicitur ſiccũ. Vir. æn. li. i. Atq; arida circũ nutrimẽta dedit. Aridũ horrificũ, acutũ. Virg. geor. li. i. Et aribus altis mõtibus audiri fragor. Lucre. aridus unde auris & ſonus. Aridum purum lucidum. Plau. rudente, argento arido. Anceps eſt dubium. Virg. æn. li. x. Anceps pugna diu. Anceps duplex. Lucil. li. xxix. Nemo hos ancipites ferro

effringat

effringit cardines. Virg. æn. li. iij. Agnouit prolem ambiguã, geminoſq; parenteis. Varro de uita populi Romani li. iiij. Cæſar reuerſionem fecit, ne poſt occipitium in Hiſpania exercitus qui erant, relinquerent, quo'ſe conijceret Pompeius, ut ancipiti urgeretur bello. Anceps acutũ ex utraq; parte. Lucil. li. xxix. Vecte, atq; ancipiti ferro effringam cardines. Aura eſt uẽtorum. Virg. geor. li. iiij. At illi dulcis compoſitis ſpirauit crinibus aura. Idem æn. li. vi. Diſcolor unde auri per ramos aura refulſit. Aura adactus. Varro eudæmonibus. Simul ac lãguido corpore ſolis calidior uiſa eſt aura. Argutari dicitur loquaciter prolog. Ennius, quem ĩcertũ tu iſti credere, atq; exerce lingua, ut argutarier poſſis. Næuius exordio. Quãdo ad ludos uenit, alij cum tacerent totum diem argutatur, quaſi cicada. Argutari exilire. Titinnius fullonia. Terra hæc eſt noua, quaſi ubi tu ſolitus argutari pedibus cretam dum compeſcis, ue ſtimentaq; leuas. Attollere ſignificat erigere, fundere. Virgi. æn. li. iij. Attollit ſe diua lacinia contra. Attollere afferre. Pacu. in hœdo cuſtodite iſtum uos, ne eum qui attollat, ne'ue qui attingat. Idem armorum iudicio. Pro imperio agendum, quis uetat, quis'ue attollat. Vir. æn. li. ix. Attulit & nobis aliquando optantibus ætas. Auſcultare eſt obſequi. Pacuuius. Quis ſe magis audiendum, quàm auſcultandum cenſeo. Ennius menalippa. Mihi auſculta nate, Pueros cremari iube. Cæcil. embono. Audire ĩgnoti quod imperant, ſoleo non auſcultare. Auſcultare audire. Afranius. Simul ante ne ego illos uel tantis auſculto lubens. Pompo. aſia. Atq; auſcultare diſce, ſi neſcis loqui. Auſcultare uidere ſpectare. Afranius priuigno. Videt ludos hic auſcultaui procul. Agere porrigere. M. Tul. de offi. li. ij. Vera gloria radices agit, atq; etiam propagatur. Agere intendere inquirere. Virg. bucolicis. Id quidem ago, & tacitus Lycida mecum ipſe uoluto. Agere urgere, impellere. M. Tul. in Verrem actione. ij. Agunt enim præcipitem pœnæ ciuium romanorum. Adducere ducere. Ter. ἑαυτόν. Adducamus ad te tuam Bacchidem. Adduci cogi. M. Tul. de ſenectute, Nullo ĩbri, nullo frigore adduci, ut capite operto ſit. Adducere intorquere, rotare. Virg. li. ix. Ipſe ter adducta circum caput egit habena. Adducere, producere. Virg. lib. ix. Ocyus adducto torquens haſtile lacerto. Aequor campus, Virg. li. xij. Illi æquore aperto, ante notos Zephyrumq; uolãt. Aequor mare. Virg. æneidos li. i. Et uaſtas aperit ſyrtes, & temperat æquor. Aequor fluuius. Virg. li. viij. Virideſq; ſecant placido æquore ſyluas. Aduenire uenire. Cæcilius plotio. Aedepol ſenectus, ſi nihil aliud apportes tecum, cum aduenis, unum id ſat eſt. Aduenire ĩcipere. Plau. amph. Quæſo aduenıẽti morbo iure medicabis. Aeſtus ſolis, & æſtiui temporis flagrantia. Virg. georgi. li. iij. Aeſtibus & medijs umbroſam exquirere uallem. Aeſtus marini impetus, uel commotiones. Lucre. li. iiij. Frigus ut à pluuijs, calor ab ſole, æſtus ab undis Aequoris. Plau. aſinaria. Quo magis te in altum capeſſis, æſtus te in portum refert. Virg. Fundoq; exæſtuat imo. Acerbũ, horrendum, infandum, immite. Virg. æn. li. iiij. & li. vi. Et funere merſit acerbo. Acerbum, incoctum, præcocum, ut de pomis frequentius dicitur. Varro agathone. Virgo de conuiuio abdicatur. Ideo, quod maiores noſtri Virginis acerbe aureis, Veneris uocabulis imbui noluerunt. Album ſignificatione manifeſta eſt. ut Virg. geor. lib. iij. Color deterrimus albis. & gilbo.

Album mite, uel placidum. Varro ſeſquiulyſſe aduerſi uẽti ceciderunt, quod ſi pergunt diutius mare uoluere, uereor ne me quoq;, cum domum ab ilio ceſſi reuertero, præter canem cognoſcat nemo. Adolere ẽ urere. Virg. bucolicis, uerbenaſq; adole pingueis, & maſcula thura. Adolere augere honorare propitiare, & eſt uerbũ ſacratũ, ut macte magis aucte. Virgi. æn. lib. i. Quinquaginta intus famulæ, quibus ordine longo, cura penum ſtruere, & flammis adolere penateis. & li. vij. Præterea caſtis adolet cum altaria tedis. Adoleſcere creſcere. unde adoleſcentẽ dicit Lucre. li. ij. Deniq; adoleſcendi ſummũ tetigere cacumẽ. Laberius ſororibus. Laus nomine gloria adoleſcat.

B

Bellum eſt ut plerunq; pugna. Bellum elegans, melius, prudens. Lucil. li. xxix. Ac tatem iſtuc tibi laturam, & bellum, ſi hoc bellum putas. Varro ταφῆ μενίππου. Diogenem literas ſciſſe. Dum uiſioni quod ſatis eſſet, nunc quod etiam acta bellorum hominum. Idẽ eodẽ. In carteo ſtadio ἐπιταφίων lego, à quo qui certaſſet animo bellus homo magis delectatus ſtoicorũ Pancratio, quàm athletarũ. Idẽ ſeſquiulyſſe. Quid. n. eſt, qđ homo maſculus lubẽtius uidere debeat bellã uxorem. Idem bimargo, ſocius es hoſtibus, ſocius bellum ita geris, ut bella omnia domũ afferas.

C

Committere effigiare. Pacuuius niptris. Barbaricam peſtẽ Sabinus noſtris obtulit nouã figuram factam cõmiſſam infabre. Cõmittere cõiungere, ſociare. Lucilius li. xxviij. Quid me fiet ſiquidẽ nõ iuſte ĩprobis cõmittere. Virg. æn. li. iij. Delphinum caudas utero cõmiſſa luporũ. Cõmittere donare derelinquere M. Tul. ĩ uerrẽ actione. ij. Is calũniatores ex ſinu ſuo oppoſuit qui illã hæreditatẽ ueneri erycinæ cõmiſſam diceret. Cõmittere facere. M. Tul. in uerrẽ actione. iij. Ego etiã quæ tu ſine uerre cõmiſiſti, uerri crimini daturus ſum. Virg. æn. li. i. Quid meus Aeneas ĩ te cõmittere tantũ? Lucil. li. xxviij. Cõmouet ſe nuſquã, neq; cõmittet ut peccat ſibi. Idẽ li. xxvi. At. n. dicis clãdeſtino tibi qđ cõmiſſum foret, ne mutires qcq̃, nec myſteria hæc feras foras. Cõmittere dicitur initiare. Virg. æn. li. V. Et tuba cõmiſſos medio canit aggere ludos. Varro endymonibus. Diſcũbimus multitudo minus mature cœnã cõmittitis. Cõmittere, credere, pmittere. Virg. li. ix. Portã, quæ ducis ĩperio cõmiſſa, recludunt. Ter. eunucho. Quẽ cõmiſiſti Lupo. Lucil. li. xxx. Quod ſua cõmittũt mortali clauſtra camœnæ. M. Tul. de offi. li. ij. Quãdiu reſp. u. p eos gerebatur, qbus ſe ipſa cõmiſerat. Cõfutare cõmouere. Titinius ſetina. Cocus magnũ ahenũ, quãdo feruit, paula cõfutat trua. Cõfutare, opprimere cõuincere. Ter. phor. Cõfutauit uerbis admodũ iratũ patrẽ.

Capere ĩplicare, ĩpedire. Virg. geor. li. i. Aut oculos capti fodẽre cubilia talpæ. M. Tul. In uerrẽ de ſupplicijs. Nõ ceperũt, ſed abduxerunt onere ſuo planè captam, atq; depreſſam.

Cõdere ſignificat abſcõdere. Virg. æn. li. ij. Scãdũt rurſus equũ, & nota cõdũtur ĩ aluo. Cõdere, cõſtituere. Sallu. ĩ catilinæ bello. Vrbẽ Romã (ſicuti ego accepi) cõdidere, atq; habuere initio troiani. Cõdere cõſecrare. Virg. æn. li. iij. Animamq; ſepulchro cõdimus. Cõdere potiri Virg. li. vij. optato cõdũtur tybridis alueo. Colere eſt uenerari. Virg. li. ix. Sume deũ ſancti cuſtos ſoractis Apollo, quẽ primi colimus. Colere exercere, ut ruſtica, Virg. geor. li. i. Fructuſq; feros mollite colendo. Colere ĩhabitare. Virg. æn. li. iij. Hic mater cultrix cibele. Et rurſum. Quas dira celæno', harpyiæq; colũt aliæ. Plau. aſina. ac athenarũ colonæ. & aulul. Hãc domũ iã multos ãnos eſt ut poſſideo, & colo. Varro endymonibus, ut mercuriũ arcadũ colonũ. Idẽ eudæmonibus, ut naiades ũdicolæ. colere dili

gere. Virg. bucolicis. Ille colit terras. Illi mea carmina curæ. Idem & li. iiij. Solam nam perfidus ille te colere. Ter. ἑαυτόν. quippe forma impulſi noſtra, nos amatores colũt. Lucilius li. xxvi. Quare hoc colere eſt ſatius, quàm illic ſtudium omne conſumere. Colere ornare Varro ταφῇ μενίππου. At in ſegetibus poſt meſſem colligebant ſtramenta qui domicilia colerent. Colere pati. Ter. ἑαυτόν. Dum ille uitã illã colet inopem carens patria. Cedere ſignificat ſecundũ conſuetudinem abire ſuperatum, & locum uictori dare. Virg. li. x. Conuenit Euandri uictos diſcedere ad urbem. Et li. V. Cede deo. Lucil. li. xxx. Quãdoq; pudor ex pectore ceſſit. M. Tul. de offi. li. ij. Cui quidem exercitus noſtri, ĩperatoresq; ceſſerũt. Cedere ſuccedere. Vir. li. xij. Ceſſerit auſonio ſi fors uictoria Turno. Cedere dare. Vir. li. xi. Hæc omnis regio, & celſi plaga pinea montis cedat amicitiæ teucrorũ. & li. xi. Aut abeat uictus cedat lauinia cõiux. Cedere, recedere. Lucil. li. xxviij. Vel ſi aliqua opus ſit forte, ſi hinc aliquò ceſſeris. Cedere obſequi. Virg. æn. li. iij. Cedamus phœbo, & moniti meliora ſequamur. Et li. ij. ueſtrũ hoc auguriũ, ueſtroq; in numine troia eſt. Cedo equidẽ, nec nate tibi comes ire recuſo. Cedere euitare. Virg. li. V. Celeriq; elapſus corpore ceſſit. Cedere incedere. Plau. aulul. In hoſte abſolutus cedis. Cedũt petunt. Varro parmenone. Cedit uelocius iuuenis membris leuis, nitidus oleo.

Curſus eſt pedũ uelocitas. Vir. li. V. Hic qui forte uelint rapido cõtendere curſu. Curſus uolatus. Vir. li. vi. eſte duces o (ſi qua uia eſt) curſumq; per auras dirigite in lucos. Et bucolicis quo curſu deſerta petiuerit. Curſus nauigatio. Virg. æn. li. iij. Sed tibi qui curſum uenti, quæ fata dedere? M. Tul. de repu. li. iij. Quæ curſu frumento onuſtas petẽtibus Rhodum uiderit.

Caſtigare icrepare uel reprehendere. Virg. li. V. His grauis entellũ dictis caſtigat Aceſtes. Ter. ἑαυτόν. ſeruas, caſtigas, mones. Ci. de orat. li. i. Et quoniã de ĩprudentia diximus caſtigemus etiã ſegnitatẽ. & thuſ. li. v. Sed hoc in me ipſe caſtigo, qđ ex aliorum, & ex noſtra fortaſſe mollicia nõ ex ipſa uirtute, de uirtutis robore exiſtimo. Caſtigare uindicare, punire. Virg. li. vi. Caſtigatq; auditq; dolos, ſubigitq; fateri. Caſtigare expedire. Vir. æn. li. iiij. Caſtigatq; moras, ope omnis ſemita feruet. Carpere attenuare, aperire. Vir. geor. li. i. Nec nocturna qdẽ carpentes pẽſa puellæ neſciuere hyemem. Et li. iiij. Eam circũ mileſia uellera nymphæ carpebãt hyali ſaturo fucata colore. Carpere auferre decerpere. Virg. bucolicis. Inſere daphni piros carpent tua poma nepotes. Lucre. li. iiij. Iuuatq; nouos decerpere flores. Virg. li. iij. Carpit. n. uires paulatim, uritq; uidẽdo fœmina. carpere celeriter prætirire. Vir. geor. li. iij. Et acri carpere prata fuga. Idem eodem, Carpere mox gyrũ icipiat. Lucil. li. xxix. Hyemẽ, unãquanq; carpã. carpere paſcere. Virg. geor. li. iij. Carpamus dũ mane nouũ, dũ gramina canẽt. Cũctari eſt dubitare diſſipare. Virgi. æn. li. viij. Cũctantẽ amplexu molli fouet. M. Tul. ad Cæſarẽ iuniorẽ li. i. ſed cito pœnituit, domũ rediit. cæteri cũctabãtur. Cũctari eſt manere. Virg. geor. li. iiij. Nõ illis qſq̃ cũctãtibus altũ ire iter, aut caſtris audebit uellere ſigna. Et æn. li. iiij. Reginã thalamo cũctantẽ. Cũctari curationẽ differre. Virg. li. vi. Qui nobis cũctando reſtituit rẽ. Capi propitiari. Lucre. li. ij. Nec bene pro meritis capitur, nec tãgitur ira. Capere facere. Ter. andr. Nõ ſi capiũdos mihi ſcio eſſe inimicos omneis homines. Capere ꝑpeti. Ter. ἑαυτόν. Dũ abs te abſum omnes mihi labores fuere, quos cepi, leues. Capere eſt tollere, tenere. Virg. geor. li. iij. Cape ſaxa manu, cape robora paſtor. Et li. iiij. Hic tibi nate prius uinclis capiundus. Varro meleagro. Quẽ icarco terra nõ cepit, & celũ recepit. Idẽ eudæmonibus. Stolã, calceosq; mulieribus propter poſitas capio. Capere eligere. Ter. ecyra. Cũ illũ generũ cepimus. Virg. geor. li. ij. Ante locũ capies oculos. M. Tul. de offi. li. iij. Quod inſit aliqd probri, qđ capiat ignaros. Capere delectare. Vir. geor. li. iiij. Carmine quo captæ. Et li. viij. Aeneas capiturq; locis. M. Tul. philippicis li. i. Nõ poſſum adduci, & ſuſcipere pecuniæ captũ. Lucil. li. xxvi. Nũc indẽ populũ iſtũ ſcriptoribus uolumus capere animũ illorũ. Cape ſuſtinere habere. Vir. li. viij. Hæc illũ regia cepit. Ter. heauton. Dij boni qd turbæ eſt? ædes noſtræ uix capiẽt ſcio. M. Tul. de ſignis. Tot domos locupletiſſimas domus iſtius una capiet. Cape decipere circũuenire. Vir. æn. li. ij. Captiq; dolis, lacrymisq; coacti. Lucil. li. xxvij. At metuis ne aſpectu, et forma capiare altera. M. Tul. ĩ hortẽſio, Captũ me fortaſſe inqt tu putas? Et id qđ nollẽ cõfiteri, coactũ. Capere occupare, detinere. Virg. æn. li. ij. Certãtq; illudere capto. M. Tul. ĩ uerrẽ de ſupplicijs. Nauẽ quãdã piratarum præda refertã nõ ceperũt, Sed abduxerũt. Varro meleagro. Quid hic uenator nõ cepit? Capere ſatiare. Virg. geor. li. iiij. Tãta meæ ſi te ceperũt tædia laudis. Capere accipere. Virg. æneι. li. ij. Tu genitor cape ſacra manu, patrioſq; penateis. Et li. iij. Cape dona extrema tuorũ. Ter. phor. Nã ex his prædijs talẽta argẽti bina ſtatim capiebat. Lucil. li. xxvi. Malis neceſſe luctu è mẽſa pure capturus cibũ. M. Tul. ĩ hortẽſio. Deinde boni mores, & modeſtiores, et ad capiẽda præcepta molliores. Plau. aulul. Nã tua gnata peperit decimo menſe, poſt numerũ cape. Varro quinquatribus. Cape hãc caducã liberi mollẽ dapẽ. capere cõplecti. Varro marcipore. Pro pontis unda, quã liquãti cœrulea natãtẽ ꝓfundat cape. Capere inuenire. Ter. heauton. Rationẽ cepi, ut neq; tu egeres, neq; ut hæc poſſes ꝑdere. M. tul. ĩ uerrẽ actiõe. ij. Reiecti à chelidone capiũt cõſiliũ neceſſariũ, & de offi. li. iij. Cũ autem cõſiliũ hoc princeps cepiſſet.

Corripere cõprehẽdere. Vir. geor. li. iiij. uerũ ubi correptũ manibus, uiclis ue tenebis. Corripere cõtorquere. Virg. æn. li. i. Turbine corripuit. Corripere excutere. Virg. æn. li. iij. Corripio è ſtratis corpus. Quaſſum eſt conuulſum, & non itegrũ. Vir. æn. li. iiij. Quaſſataq; rates. Quaſſare ẽ mouere. Vir. li. vi. Et lãpada quaſſans ꝑ graiũ populos. Plau. milite, q ſuã undãtẽ clamydẽ quaſſando facit. Certare ſignificat cõtẽdere. Virg. bucolicis. Certẽt & cygnis ululæ. Certare, præuenire. Virg. æn. lib. i. Officio nec te certaſſe priorem pœnitcat.

Cõponere finire, Virg. æn. li. i. Ante diem clauſo cõponet ueſper olympo. & bucolicis. Nõ noſtrũ iter uos tãtas cõponere liteis. Cõponere reficere recreare. Virg. geor. li. iiij. Vix defeſſa ſenẽ paſſus cõponere mẽbra. Idẽ æn. li. i. Nũc placida cõpoſtus pace qeſcit. Cõponere lenire. Virg. æn. li. i. Sed motos præſtat cõponere fluctus. Cõponere diſponere cõſtituere. Virgi. æn. li. iij. Quã tuta poſſit urbẽ cõponere terra. M. Tul. de offi. li. iiij. Atq; qđ cõmuniter cõpoſitũ fuerat, ſolus dixit. Siſenna hiſt. li. iiij. Exercitũ diſpartiunt, ad cõfligendum cõparant. Cõponere rurſus ſignificat cõparare. Accius armorũ iudicio. Quid eſt cur cõponere auſis mihi te, aut me tibi? Lucil. ſatyr. li. iiij. Samnius ſpurcus homo uita iſta dignus, homo ſecũ placide inane cõponitur, optimus multo poſt homines natos gladiator q fuit unus. Sal. iugurtha, ubi Metelli dicta cũ factis cõpoſuit. Virg. geor. lib. iiij. Non aliter, ſi parua licet componere magnis. Cõponere ornare. Virg. geor. li. iiij. Dulcis cõpoſitis, ſpirauit crinibus aura. Cõponere colligere. M. tul. ĩ uerrinis ĩ diuinatione. Si ab iſto libro, quem tibi magiſter ludi neſcio q ex alienis orationibus compoſitum dedit. Componere ſimulare uel fingere. Accius Agamẽnonidis. Sic multi, animus quorum atroci iunctus malitia eſt, compoſita dicta ex pectore euoluunt ſuo, quæ cum componas, dicta factis diſcrepant. Salluſtius iugurtha, non ſunt compoſita mea uerba,

parũ

parui id facio, ipſa ſe uirtus ſatis oſtendit. Cōponere cōiūgere. Virg. lib. viij. Componens manibusq́; manus, atq; oribus ora. Lucil. Satyr. lib. viij. Cū plocio eodem obuio amplector. labra labellis compono, hoc eſt cum ipſo duco pœnias. Idem eodem. Tuum latus compone lateri & cum pectore pectus. Salluſtius hiſt. li. iiij. Suſpectusq́; fuit icertum uero, ac per negligentiam ſocietatem prædare cum latronibus compoſuiſſet. Componere pro redimere. Salluſtius hiſt. lib. i. Quin lenones & uinarij, lanijq́; quorum præterea uulgus ī dies uſum habet pretio cōpoſiti. Crepare ſonare. Plautus menæchmis. Dic mihi en unquam inteſtina crepant, quod ſentias, uerū ubi ſatur ſum, nulla crepitant, quando eſurio tunc crepant. Virg. geor li. i. Atq; leuem ſtipulā crepitantibus urere flammis. Ter. phor. Sed hoſtium concrepuit nihil ad te. M. Tul. in uerrem de ſupplicijs. locum illum litoris percrepare totū muliebribus uocibus. Cātuq́; ſymphoniæ. Lucilius li. xxyi. Percrepa pugnam Pompili factam corneli cane. Varro eudæmonibus, propter crepas uocibus uolitans aureis uulgi. Siſenna hiſt. li. iiij. Conglobati, et collecti cōcrepant armis. Crepare ſignificat rurſum queri, uel dolere. Oratius carminum li. i. Quis poſt uina molliciem, aut pauperiem crepat? Lucretius li. ij. Et crepat antiquum genus ut pietate repletum. Crepare iterum incantare. Turpilius pedio. Age tu hymenæum increpa. Crepare frangi. Virg. li. V. Et acuto in murice remi obnixi crepuere. Crepare ferire. Ennius thyeſte. Sed ſonitus aureis meas pedum pulſu increpat. M. Tul. de offi. li. iij. Itemq́; uir bonus habeat hanc uim, ut ſi digitis concrepuerit, poſſit in locupletum teſtamenta nomen eius irrepere. Comparare eſt ſociare coniungere. Accius amph. Qui meum ſenium cum dolore tuo coniūgam, & comparem. Plautus aſinaria. Prehende auriculas, compara labella cum labellis. Comparare adæquare. M. Tul. ad Cæſarem iuniorem libro. i. Neminem tibi profecto hominem ex omnibus, ut ante poſuiſſem unquam, aut etiā comparaſſem. Ter. eunucho. haune comparandus hic quidem ad illum eſt? Comparare componere machinari. Siſenna hiſt. li. iiij. eos, qui hoc malum publicum clandeſtinis conſilijs comparauerunt. Comparare ueteres confirmare, & conſtituere dixerunt. Teren. eunucho. An potius ita me comparem, non perpeti meretricum contumelias? Idē andria. Aut malis gaudeant, atq; ex incommodis alterius ſua ut comparent commoda. Titinnius gemina. Ergo ut ſua ſeruet dona nobis faciundum eſt ita, ut cum ea primum blanditer cōparemus colloquia. Actius euriſace. Nihil eſt, ſi autē ad te retardat ſocium i portu eſt, copiaq́; ſubſiſtat modo, tu te ipſe effirma, & compara. Idem tereo. Atq; id ego ſemper mecum ſic agito & comparo, quo pacto magnam molem minuam. Turpilius lemnijs. Nunquam unius me comparaui ſeruire elegantiæ. M. Tul. de repu. li. VI. Quamobrem ſe comparet hic ciuis, ita nec eſt ut ſit contra hæc, quæ ſtatum ciuitatis permouēt ſemper armatos. Afranius epiſtola. Nam proba & pudica qđ ſum conſulo, & parco mihi, quoniam comparatum eſt uno, ut ſimus contentæ uiro. Cicero de finibus bonorum, & malorū li. V. Omnis authoritas philoſophiæ conſiſtit in beata uita cōparanda. Comparare emere. Ter. heauton. argentum dabitur illi, ut ueſtem, atq; alia, quæ opus ſunt, comparet. Comparare iterum æſtimare. Accius epinauſimache. Proin tu id cui fiat, non qui facias compara. Comparare apparare. M. Tulli. in uerrem actione. ij. ut erat inter ſuos copioſus conuiuium cōparat. Comparare dare. M. Tul. in uerrem de ſupplicijs. Ex omni gemitu, ac dolore certa merces comparabatur. Calx eſt finis. Virgilius libro quinto. Calcemq́; terit iam calce Diores. Callet ſignificat ſcit. hoc eſt calliditate, quæ eſt urbana ſcientia. Accius ægiſtho. Melius quàm uiri callent muliēres. Afranius abducta. Neſcis num, Heri mei omnē melius callent rem, quàm uolo. Pacuuius atalanta. Omnes qui tanquam nos ſeruiunt ſub regno callent dominum imperium metuere. Serenus opuſculis. Callet ſenium arte uiuendi. Accius æneadis. Aut decij quod periti ſumus in uita, atq; uſu callemus magis. Idem neoptolemo. ſat in aſtu, & fallendo callet. Siſenna hiſt. li. iiij. Lucilium memmium ſocerum Cai ſcribonij tribunum plebis, quem marcellini conſiliarium fuiſſe callebant, & tunc Curionis oratorem. Callet etiam dictum à calloſitate. Cæcilius Aſoto. Tu iam callebis. ille feſtus deſidet. Plautus perſa. Plus calleo, quàm aprunum callū callet. Idem pœnulo. Quid opus uerbis? callum aprunū callere æque non ſinam. Conſtituere eſt diſponere definire. Virg. æn. li. i. Homines ne feræ ne quærere conſtituit. Conſtituere retinere firmare. M. Tul. de offi. lib. i. Ineuntis enim ætatis inſcitia ſenum conſtituenda, exercendaq́; eſt prudentia. Conſtituere inſtituere. M. Tul. de ſenectute. Conſtitutiones modo delectant, ſed etiam inſtitutiones. Conſtituere parare. M. Tul. ī uerrem actione. ij. Quod ubi erat philodemo nuntiatum, tametſi erat ignarus quantū ſibi à liberis ſuis iam tum mali conſtitueretur. Conſtituere erigere. Vir. li. VI. Et ferales ante cupreſſos conſtituunt. Cōtendere feſtinare. Virg. æn. li. i. Quæ proxima littora curſu contendunt petere. Contentio eſt perſeuerantia, uel elatio. M. Tul. de offi. li. i. Ex contentione uocis & ſummiſſione, & cæteris ſimilibus facile iudicabimus. Salluſtius hiſt. li. iiij. Rurſus iumenta nacti ad oppidum ire contendūt. Contendere aſtringere, intorquere. Virg. geor. li. iiij. Tanto nate magis contende tenacia uincla. Siſenna hiſt. li. iiij. Simul & tormenta contenduntur. Contendere ſignificat comparare. Plautus uidularia. Signum recte comparabat huius contendi annulum. Lucilius ſatyr. li. i. Vt contendere poſſem theſtiadas ledæ, atq; ixiones alchilochio. Idem libro ſeptimo. Hunc in ego unquam hyacintho hominem cortinipotentis delitijs contendi. Cæcilius tyche. Egon' uitam meam atticam contendam cum iſtac ruſticana ſyra? Licinius Macer in epiſtola ad ſenatum. Illi ſuam uitam mecum contendunt, quorum in corpore ita crebra ſunt uulnera uitæ nouæ cicatrici ut locus non ſit. Næuius lycurgo. Caue ſis tuam contendas iram contra cū ira liberi. Accius tereo. uideo ego te mulier more multarum utier, ut contendas tuam maieſtatem uiris. Varro γνῶθι σεαυτόν. Age nunc contende alterum genus philothoreon, nequid ibi uiderit melius. Contendere certare. M. Tullius de offi. libro primo. Miſerrima omnino ambitio eſt, honorumq́; contentio. Virgilius æn. libro quarto. Quis talia demens. Abnuat, aut tecum malit cōtendere bello? Salluſtius iugurthino bello. Fretus multitudine militum ſperabat armis contendere. Cicero Thuſ. libro ſecundo. Vt onera contentis corporibus facilius feruntur, remiſſis opprimunt. contendere continuare. Cicero de orat. libro ſecundo. Id quod eius ſcripta declarant, & contentiones uocis, & remiſſiones continuarentur. Et libro tertio. Nihil pernicioſius, quàm & infuſa ſine intermiſſione contentio. Contendere iterum ſignificat extorquere. Cicero in epiſtola Caſſij hoc ait, ita contendo, ut in eo fortunas meas poſitas putem. Accius euryſace. Iam potero incipiam, & ſine, qui diu contendam, ut hinc comportet texū ſolaminem habeam. Turpilius lemonis. habet poteſtatem, niſi poteſtatem ſenis pretio contendas, ut redempto Phædria liceat redire antiquā ī conſuetudinem. Varro ſerrano περὶ ἀρχαιρεσιῶν. Et petere Imperiū populi, & cōtēdere honores. M. Tullius de offi. libro ſecundo. Extremum autem præceptum ī beneficijs, operaq́; dāda, nequid contra æquitatem contendas. Contendit proripuit, uel direxit ſignificat. Virgilius libro quinto. Qui tamen aerias telum contendit ī auras. Licinius macer.

quo die magiſtratum obijt,repente cæleri gradu per forum ſe ĩ capitolium contendit·Turpilius philopatro·Gere meas fortunas mater, hem qua cauſa hoc opere maximo contenditur.Pacuuius doloreſte·Nihil coniectura quiui interpretarier, quorſum flexiuicæ contenderet·M·Tullius de repu· Sed audiſſe te credo,tum uero Platonem Socrate mortuo primum in ægyptũ diſcendi cauſa,poſt in Italiam contendiſſe· Afranius epiſtola· Non licet me quo contendiſſet ita peruenire·Salluſtius iugurthæ bello Ex prælio fugit in prouinciam , ac deinde Romam contendere·Varro quinquatribus· Qui tarentinum tuum ad Eraclidem Ponticum contenderit·Contendere feſtinare· Virgilius æn·libro primo·Quæ proxima littora curſu contendunt petere·M·Tullius in uerrinis actione·ij·Hæc ubi filio nunciata ſunt,ſtatim exanimatus ad ædeis contendit, ut & uitæ patris,& pudicitiæ ſororis ſuccurreret.Contendere ĩtendere·M· Tullius in hortenſio·Magna etiam animi contentio adhibenda eſt explicando Ariſtotelẽ, ſi leges· Cernere ſignificat uidere·Virgilius æn· libro tertio· Cernimus aſtantes nequicquã lumine toruo·Cernere rurſum diſponere· Lucilius ſatyr· libro quinto·Poſtquam præſidium caſtris educere creuit·Cernere amittere·Varro γέροντος διδασκάλου· Non uides apud eſſe ſcriptum,ter ſub armis malim uitam cernere , quàm ſemel modo parere·Cernere audire·Accius chryſippo· Quid agam?uox illius eſt certe,idem omnes cernimus· Cernere iudicare·Pacuuius armorum iudicio· Et æquum, & rectum eſt, quod poſtulas,iurati cernant·Ennius thyeſte·Impetrem facile ab animo,ut cernat uitalem bæbium·Cernere rurſum dimicare,uel contendere·Accius epinauſimache· Primores procerum reuocarint nomina,niſi eſſet quis,qui armis ſecum uellet cernere·Ennius Medea·Exule nam te ſub armis malim uitam cernere·Pacuuius armorum iudicio· Qui ſeſe ad finem eſſe ad cauſandum uolunt de uirtute , & ego poteſtatem cernundi de omnibus·Cernere rurſum cedere,unde & cernere hæreditatem filij patribus·ideſt cedere dicti ſunt·Accius myrmidonibus·Regnum tibi permitti malunt,cernam,tradam exercitum· Circunferre eſt proprie luſtrare·Lucilius ſatyr·libro ſecundo·Tum facto omnia ſunt circulata· Plautus amph· Quin tu iſtanc iubes proceritam circunferri? Virgilius libro ſexto·Idem ter ſocios pura circuntulit unda· Cõfidentia eſt fiducia·Virgilius æn·libro primo·Et afflictis melius confidere rebus·Confidentia duritia,patientia·Plautus aſinar· ſcapularum confidentia,uirtute ulmorum freti·Confidentia rurſum temeritas audacia·Pacuuius atalanta· grandem, atq; atrocem coerce confidentiam·Idem libro decimo·Improbus, confidens, nequam,malus uideatur·Turpilius leucadia, Videntur frigus inceſſum, quàm eſt confidens dijs tunc perdunt·Terentius heauton·Qui illo homine uiuit confidentius? Accius myrmidonibus·Iram infrenis obſtes,animis reprimas confidẽtiam·Afranius uopiſco·Excludat uxor tam confidenter uirum,nõ faciet·Virgilius Geor·libro quarto·Nam quis te iuuenum confidentiſſime noſtras iuſſit adire domos? Terentius andria· Neſcio quis ſenex modo uenit ellum confidens·Confidentia conſtantia·M·Tullius de repu·libro tertio·Duas ſibi res quo minus in uulgus & in foro dicere confidentiam,& uocem defuiſſe·Næuius dane·Excidit orationis omnis confidentia·Plautus amph·Quæ non delinquit,decet audacem eſſe confidenter· Conſternari ſignificat deici pro ſe,& proterue loqui· Conſternari rurſum erigi·Pacuuius periboea·Conſternare animæ ex pectore hac & uoluere conſilium, ſubit omnes , quod de nata eſt modo,qui pacto inimicis mortem, & huic uitam efferas·Idem doloreſte·unde exoritur quo præſidio fretus, auxilijs quibus,quo conſilio conſternatur,qua ui,cuius copijs·

Curriculus(ut conſuetudo fert) à curru diminutio eſt,dicitur breuiſſimũ uehiculi epiroti genus·Curriculus curſus·Varro epiſtola Iulij Cæſaris· Quem ſimul ac Romam ueniſſem mihi attigit aureis nuntius extemplo eas in curriculum contuli propere pedes· Calumnia eſt malitioſa,& mendax infamatio·Calumnia rurſum calliditas·M· Tullius de repu·libro ſecundo·ut Carneadi reſpondeatis,qui ſæpe optimas cauſas ingenij calumnia ludificari ſolet· Conuenire placere conſtituere·Siſenna hiſt·libro quarto·Signum nactus à Papo· qui inter eos tolli conuenerat·Conuenire aptum eſſe·M·Tullius in hortenſio·Nam quod ueteres ne non conueniant noſtris ætatibus,iſta oratio,quæ ſpectet ad hortandum·Conuenire ſignificat obuium fieri·Terentius eunucho·Conueni hodie aduenienis quendam mei loci,atq; ordinis hominem·Conuenire uidere·M·Tullius de ſenectute·Neq; uero eos ſolum conuenire habeo,quos ipſe cognoui,ſed illos etiam de quibus audiui,& legi,& ipſe conſcripſi·Plautus aſinaria·ætatem uelim ſeruire, libanum ut conueniam modo·Cõueniri colligi coire·Virgilius æn·libro primo·Conueniunt quibus aut odium crudele tyrãni·M·Tullius philippicis libro quarto· Cui quidem hodierno die·P·C·nunc enim primum ita conuenimus· Conuenire conſtare·Ter·phor·conuenit numerus quantum debuit·Conuenire ſimilem eſſe·Varro·Longe fugit,qui nos fugit·ſolus rex ſolus rhetor, ſolus formoſus , fortis ſecus, uel ad ædilicium modius,purus,putis,ſi adhuc charactera cleophantus conueniet caue attigeris hominem·Conuenire placere,certum fieri· Virg·li·xij·Ceſſerit auſonio ſi fors uictoria turno, conuenit euandri uictos diſcedere ad urbem·M·Tul·de finibus bonorũ & malorum li·V·Viuendi cupiditate incenſi omnes ſumus, atq; hoc mihi cum tuo fratre conuenit·Conuenire interpellare M·Tul·in uerrem actione·ij·Non dubitat, quin ipſe ſi uerrẽ conueniſſet,æquitate cauſæ,authoritate ſua commouere hominem poſſit·Lucil·li·xxix·Hæc tui conuentus tela,inſidijſq; locum· Calidum eſt feruens·Virg·æn·li·ix·Voluitur ille uomens calidum de pectore flumen·Callidum ferox,& inconſultum·M·Tul·de offi·li·i·Sic reperias multos, quibus periculoſa & callida conſilia·Calidum citatum,& uelox·Varro περὶ ἀρχαιρεσιῶν· Cum dixiſſet, uitulus eat tibi caldis pedibus quidam nauicularius ſemuſtilatus irrupit ſe in curiam·

Cœlum eſt deorum domicilium·Virg·æn·lib·iiij·Cœlum qui uertice fulcit·Cœlum rurſus aer·M·Tul·de deorum natura li·ij·Altiora eorum,qui terras incolunt eas,in quibus aer ſit rurſus,ac tenuis,quàm illorum,qui utãtur craſſo cœlo atq; concreto· Contentus dicitur cui res etiam parua abunde eſt· Virg·æn·li·vij·Patrijs ſed non & filius armis contẽtus·Ter· eunucho·Quia neq; tu uno eras contenta,neq; ſolus dedit·Lucilius li·xxx·& his te uerſibus iterea cõtentus teneto·M·Tul· ad Brutum·Sic igitur facies,& me aut amabis,aut quod contenti ſumus,diliges·Idem de offi·li·ij·Breuitatis cauſa familia contenti erimus una·Contentum dicitur extenſum·Virg·æn· li·V·Tum rapidus iandudum arcu contenta parato tela tenens·Lucilius li·xxx·Hic ut muſcipula contenta,atq; ſcorpios cauda ſublata·Contentum colligatum coniunctum·Virg·geor·li·iij·Contenta ceruice trahunt ſtridentia plauſtra· Contentum continuum,perſeuẽrans·Cicero thuſ·li·V· Socratẽ ferũt cum uſq; ad petræeum cõtentus ambularet,quæſitumq; eſſet ex eo,cur id faceret· Cogere corradere· Varro eudæmonibus,furunculo tamen,ac morbo ſtimulatus eodem ex ſeſe ipſe aliquid quærat,cogatq; peculi·cogere urgere·M·Tul·de offi· libro tertio·Diogenes contra nimium temere coegit,qui ne hortatus quidem eſt·Terentius eunucho· Iubes ne? Iubeo imo cogo,atq; ĩpero·Cogere mollire ſubigere·Varro uirgula diuina·

Sed paucæ

Sed paucã otio coacto libamenta legens caducã uerus. Cogere in unum colligere. Siſenna hiſt. libro quarto. Summoti, & intra mœnia rurſum coacti. Cicero Thuſ. libro primo. Cœlum hoc, in quo nubes, imbres, uentiq́; coguntur. Terentius heaut. Quaſi talẽta ad quindecim coegi. M. Tullius ad. M. Catonem. Coactoq́; in unum exercitu, caſtra in lycaonia apud iconium facere. Virg. bucolicis. Cogere donec oueis ſtabulis. Lucilius libro. xxvi. Rauco contentionem ſonitu, & curuis cogant cornibus. Cogere mulgere. Virgilius bucolicis. Cogite oues pueri, ſi lac perceperit æſtus, ut nuper fruſtra preſſabimus ubera palmis. Cogere ſtringere. Virgilius Geor. libro quarto. Nam frigore mella cogit hyems, eademq́; calor liquefacta remittit. Cogere eſt imprimere, coartare. Virgilius libro. vij. Quadrifidam quercum cuneis, ut forte coactis ſcindebant. Claudere ſignificat includere. Virgilius Geor. libro tertio. Aut intus clauſos ſatura ad præſepia ſeruant. Claudere rurſus obſiſtere. Virgilius æn. li. x. Ecce maris magna claudit nos obice pontus. Claudere circumuenire. Idem bucolicis. Claudite nymphæ, Dictææ nymphæ nemorum iam claudite ſaltus, ſiqua forte ferant oculis ſeſe obuia noſtris Errabunda bouis ueſtigia.

Citum celere Sall. Catilinæ bello. Modo citus, modo tardus inceſſus eius. Citum diuiſum, uel ſeparatum, unde & oſcitare dictum eſt. Virgilius li. viij. At procul inde citæ metium in diuerſa quadrigæ diſtulerant. Citare eſt uocare. M. Tul. in uerrem. Citat reum, non reſpondet. Citat accuſatorem. Citare incitare prouocare. M. Tul. de diuinatione. Quorum ſtudium legendi non ſcribendi ſtudium uehementius in dies citant. Citare laudare. M. Tul. de offi. li. i. Citeturq́; pſalmis clariſſimæ teſtis uictoriæ, quæ anteponatur conſilio Solonis. Cadere eſt ruere. Virg. Geor. li. i. Illa cadens raucũ per leuia murmur ſaxa ciet. Cadere occidere. Virg. æn. li. ij. Cadit & ripheus iuſtiſſimus unus qui fuit in teucris. Cadere euenire. M. Tul. de offi. li. iij. Et ut ijdẽ dicunt ob numeros habet. nec præter ſapientem cadere in quenquam poteſt. Capeſſere perficere. Virg. æn. li. i. Mihi iuſſa capeſſere fas eſt. Plautus aulul. In herum matura in ſe ſera condecet capeſſere. Capeſſere immittere. Plautus aſinaria. Quo magis te in altũ capeſſis æſtus te in portum refert. Capeſſere recipere. Plautus amph. Nũc tamen heri Imperium perſequar, & me domũ capeſſam. Cómodum ſicuti plerunq; utile, commodum aptum, conueniens. Virgilius li. xij. Accomoda fraudi. Commodum integrum totum. Lucilius. Biſquin octoginta uidebis commoda de Capua quinquaginta atq; octo. Plautus aſinaria. Viginti argenti commoda minas eius, quas dem matri. Candet ignitum eſt. M. Tul. de offi. li. ij. Candente carbone adurebat capillum. Candet candidum eſt. Virgilius æn. li. iiij. Candentis uaccæ media inter cornua fundit. Varro γνῶθι σεαυτόν. Candens corpore Taurus triuio lumine lunæ. Caſtũ ſine libidinis & turpitudinis nota. Virg. Geor. li. ij. Caſta pudicitiã ſeruat domus. Caſtum religioſum. Virgilius li. vi. Quiq́; ſacerdotes caſti dum uita maneret. Varro γέροντος διδασκάλου. Ergo tum ſacræ, religioſæ, caſtæq́; fuerunt res omnes. Idem Eudæmonibus. Nanq; uenuſtas hic adeſt gella tibi, quæ caſta ueſtis. Caſtum à furtis, & rapinis abſtinens. Varro andabatis. Nec manus uiſco tenaci tinxerat uiri caſta. Caſtum ſuaue, iucundum. Varro parmenone. Demittis acreis pectore luctus cantu, caſtaq́; poeſi. Cenſere ſignificat exiſtimare arbitrari. Accius euryſace. Nam ea oblectat ſpes erumnoſum hoſpitẽ dum id quod miſer eſt clàm eſſe cenſet alteros. Næuius pœnici belli li. VI. Cẽſet eò uenturum obuiam pœnum. Caſſius hemina hiſt. li. ij. Cenſuit ſeſe Regem Porſenam occidere. Quadrigarius annali. li. vij. Ne nos ad certationem cenſeas hæc incæpiſſe. Cenſere ſuccenſere. Varro caprino prælio περὶ μέθης. Ne uobis cenſeam, ſi ad me referretis. Conijcere eſt iacere. Virgilius æn. li. ij. Telumq́; imbelle ſine ictu conijcit. Afranius, ſimul aut uellem interueniſſe ante, nam ut ſigna ĩdicant, hi coniecere uerba inter ſe acrius. Cõijcere colligere certare. Afranius. Simul ante nolim matri me præſente cum patre conijcere non ſi me non uis uel meum. Conijcere agere. Afranius materteris. Cauſam cõijcere hodie ad te uolo. ambo adeſtis, pro futuros arbitror. Cõijcere furari, aut ferre. Afranius incendio ſeruus eſt mihi in caſio ſceleratus curioſus. is cum filio ei cõijcere ad neſcio quicquid de latrocinncula. Lucilius libro ſecundo. Quid dicis? Cur eſt factum, quod conijcis iſtuc? Contingere eſt tangere. Virgilius æn. lib ſecundo. Funemq́; manu cõtingere gaudent. Contingere euenire. M. Tul. li. V. Quod nõ modo ſingulis hominibus, ſed potentiſſimis populis ſæpe contingit. Ennius thyeſte. Quam mihi maxime hic hodie contigerit malum. Conferre ſignificationem habet manifeſtam. M. Tul. de offi. libro ſecundo. Omnes meas curas, cogitationesq́; in eum conferebam. Conferre contollere. Virgilius. & conferre gradum, & procedere longius audent. Conferre, conſerere. Virg. li. ix. Ergo & ſi conferre manũ furor, iraq́; monſtrat. Conferre cõparare. M. Tul. de offi. libro ſecundo. Quæ conferri cum eorũ ſtudijs poteſt. Conferre transferre. M. Tullius de offi. libro ſecundo, ad hoc nos ſtudium potiſſimum contuliſſemus. Confectum dicitur occiſum exanimatum. Virgilius libro. xi. Hactenus Acca ſoror potui, nunc uulnus acerbum conficit. M. Tul. de ſupplicijs. Plagis confectum dici à lictoribus tuis pater ante oculos tuos occidiſſe. Confectum defeſſum. Virgilius libro. xi. Dicitur infelix æuo confectus Acetes. Lucilius libro. xxvi. Tum doloribus confectum corpus animo obſiſtere. M. Tul. de offi. libro ſecundo. Nec me angoribus dedidi quibus eſſem confectus. conficere frangere. Lucilius li. xxviij. Malo hercle ueſtro confectores cardinum. Conficere colligere. Ter. phor. id ut conficerem confeci affero. M. Tul. ad Cæſarem iuniorem li. i. In ſingulis tegulis impoſitis ſexcentis ſexcenties confici poſſe. Et in uerrem actione. ij. Permagnam eum dicere ex illa re pecuniam confici poſſe. Lucilius lib. xxvi. Nõ te multitudinem tuorum, quàm in album inclyta dextra confici ſibi. Conficere facere Ter. phor. Bonas me abſente hic confeciſtis nuptias. M. Tul. in hortenſio. Ea facultas maioribus noſtris erat, qui confectis ſenatuſconſultis. Et thuſ. li. vi. Nihil eſt enĩ apud iſtos, quod nõ eorum turba conficiat. Conficere explicare. M. Tul. de offi. libro ſecundo. Honeſtatis pars confecta eſt, quam tibi cupio eſſe notiſſimam. Conficere conſumere finire. Terentius phor. Cum hic non uideant me, credant conficere argentum ſuum. M. Tullius ad Cæſarem iuniorem libro. ij. Bellum (ut opinio mea fert) Et conſenſu ciuitatis confectum iam haberemus. Lucillius libro. xxx. Conficit ipſe, comeſq́; M. Tullius in Hortenſio. Quæ eſt enim confectio ualetudinis? quæ deformatio corporis? Concedere dare uel permittere. M. Tullius in uerrem actione. ij. Da mihi hoc concede quod facile eſt. Virgilius libro ſeptimo. Conceſſit in iras Ipſe deûm antiquã genitor Calydona Dianæ. Terentius adelphis. Hui metuiſti ne ſi de tuo iure conceſſiſſes paululum. Lucilius libro. xxix. Concedat homini id quod uelit deliniat. M. Tullius de offi. libro tertio. Si negligent omnia turpia per ſe ipſa fugienda eſſe concedant. Concedere credere uel conſentire. Terentius phor. Nunquam ne hodie concedes mihi ne intelliges? Lucilius libro xxvij. Cõcedere unum, atq; ĩ eo dicere, quo ſuperatur manus. Concedere recedere, uel cedere. Terentius ecyra. Hic uideo me inuiſam eſſe merito. Tempus eſt concedere. Afranius incendio. Atq; hæc etiam incendit hoc procul conceſſero. Cæcilius tithe-

Hic dum abit, huc conceſſero. Cicero thuſcu. libro quarto. Vt cum magnitudine medianæ doloris magnitudo concederet.

Conſequi ſignificat ſequi. Virg. li. V. Quem deinde Cloantus conſequitur. M. Tul. de offi. li. iij. Ex quo intelligi debet, illum mentis agitatione, inueſtigationeq́; earum rerum, quas cogitando conſequebatur, neq; otioſum, nec ſolum unquam fuiſſe. Conſequi adipiſci. M. Tullius in epiſtola ad Cæſarem libro primo. Tunc cum ea quæ es ab ſenatu ſummo cum honore conſecutus. Idē in uerrem actione prima. quod ego meo labore, & uigilijs conſecutus ſum. Conſequi exprimere definire. M. Tullius ad Cæſarem. Extrema uero nec quanta, nec qualia ſunt, uerbis conſequi poſſum. Conſerere dictum eſt miſcere. Virgilius æn. libro ſecundo. Multaq́; per cæcam cōgreſſi prælia noctem conſerimus. Conſerere inſerere. Virgilius geor. libro ſecundo. Iuuat iſmara baccho conſerere. Cædere ē uerberibus dedere. Terentius and. uerberibus cæſum te in piſtrinum Daue dedam. Mar. tul. de ſupplicijs. Cædebatur uirgis medio ī foro meſſanæ cauſa. Cædere excidere. Virg. Geor. li. i. Cæditur & tilia ante iugo leuis. Lucilius li. xxvij. lignū cædat, penſum faciat, ædeis uerrat, uapulet. M. Tul. in hortenſio. Aut tibi id ipſum peruertendum fuit, quod tu ne attigiſti quidem, aut eius partes, quaſi membra quædam cædenda. Cædere, occidere, uel mactare. Virg. Geor. li. ij. Non aliam ob culpam Baccho caper omnibus aris cæditur. & æn. li. ij. Cæduntur uigiles. Varro Eudæmonibus. Maximum cædit ferro, ſed cædere ulyſſem, cum bacat ſyluam cædit, porcosq́; trucidat. Cædere īmolare. Plautus aulul. cædendum conduxi ego illum. Virg. æn. lib. iiij. Cædunt quinas de more bidenteis. Cædere frangere. Virg. Geor. li. iij. Cæduntq́; ſecuribus humida uina. M. Tul. in uerrem actione. ij. Cædere Ianuam ſaxis, inſtare ferro. Lucilius li. xxix. Cæde hoſtium grato urgere iſtam permus. Cædere conſumere. Lucilius li. xxx. Lana opus omne perit. ſquallor, tineæ omnia cædunt. Quatere ſignificat percutere. Virg. lib. viij. Quadrupedante putrem ſonitu quatit ungula campum. quatit infeſtat. Virgil. lib. viij. Aut raſtris terram domat, aut quatit oppida bello. Quatit excludit. Terentius Eunucho, nimirum homo quatietur certe cum dono foras. quatit mouet. Virg. li. x. At uero ingentem quatiens mezentius haſtam. Conſtat ualet conſiſtit. Lucilius lib. xxvij. Trado ergo aliâs minimo, porrò quod mihi conſtat carius. Cicero thuſ. li. i. Animus qui ſi eſt quatuor horum generū. unde omnia conſtare dicuntur. Conſtat compoſitum eſt. Lucilius li. xxvi. Principio Phyſici omnes homines ex anima & corpore conſtare dicunt. Siſenna hiſt. li. iiij. Multitudinem procul hoſtium conſtare uiderunt. Conſtat conuenit manifeſtum eſt. M. Tul. ad Cæſarem iuniorem li. ij. Cum conſtet Cæſarem lupercis id uectigal dediſſe, qui ante poterat id cōſtare. Et thu. li. i. Siue quod à grauioribus leuiora natura repellātur, quæ conſtent. Conſtitit dicitur ſtetit. Vir. æn. li. iiij. Hic primū paribus nitens cyllenius alis cōſtitit. Cōſtitit erectus ē. Plau. amphi. fremitu uirûm, et ſpiritu anhelitu nebula conſtat. Vir. li. V. Cōſtitit in digitos. Cicero thu. li. i. Vbi rigida cōſtat craſſa caligo inferum. Colligere in unum redigere. Virg. æn. lib. VI. Colligere arma iubet, ualidisq́; incumbere remis. M. Tul. philippicas li. VI. Succurrēdum eſt de bruto omnes undiq; cœpere colligere. Colligere reficere. Cicero ī uerrem actione ij. ſed manifeſto furto pturbatus, ubi ſe collegit. Colligere cælare, ſupprimere. Virg. li. xij. ſubſtitit Aeneas, & ſe collegit in arma Poplite ſubſidens. Colligere auferre. Lucilius li. xxx. Ruis hæc & colligis omnia furtim. Plautus aulularia, quin ipſe pridem tonſor ungueis dempſerat. Collegit omnia. abſtulit præſegmina. Continens eſt abſtinens iteger. M. Tul. ad M. Catonem, ut quæ copijs, & opibus ferre uix poſſumus, ea manſuetudine, & continentia noſtra, ſociorum fidelitate tueamur. Cōtinens coniūctum continuum. M. Tul. in epiſtola ad ſenatum. Itaq; cum exercitum per Cappadociæ partem eam, quæ cum ſicilia continens eſt, iter faceret. Idem in hortenſio. In continentibus quidem terris ueſtrum nomen dilatari poteſt. Curatum eſt natum. Curatum poſt laborem refectum Virg. corpora curamus feſſos ſopor irrigat artus. Curatum cum delectu apparatum. Lucilius libro. xxx. Et circum uolitant ficedulæ, tardi curatis coci. Conducere emere. Plautus aulul. cædendū conduxi ego illum. conducere eſt ſicuti uſu. Lucilius libro. xxix. Magno non magna mercede magno quidem conduxeris. M. Tullius de offi. libro. ij. Vt ſæpe in noſtra repu. uidemus mercede conducti. Conducere colligere conuocare. Varro manio. Manius mane ſuſcitat nos. tum in roſtra adfert. populum ī forum conducit. Conducere conuertere. Lucilius libro. xxx. Et uirtute tua, & claris conducere chartis. Conducere utile eſſe. Solus uero ſoli quid re, & quæſtu conducat ſuo. M. Tul. de offi. li. iij. Stultæ liber. i. R. P. Conducebat. poteſt autem quod reipu. inutile ſit, id cuiq; utile eſſe? Idem de repu. li. i. facillimum autem in ea repu. eſſe poſſe concordiam, in qua idem conducit omnibus. Siſenna hiſt. li. iiij. Quid rempu. ſuam maxime conducere uideretur. Concelebrare dicitur commouere. Lucretius libro primo. Quæ mare nauigerum, quæ terras frugiferenteis concelebras. Concelebrare diu amare, dictum à celebritate. Lucilius li. xxx. Multis inductis ſermonibus concelebrarunt. Credere eſt fidem habere dictis, uel factis. Lucilius li. xxvij. Hymnis uelim te id quod uerum ē credere. Virgilius æn. li. ij. Ora dei iuſſu non unquam credita teucris. Credere, fidei committere. Lucilius li. xxviij. Vitam, ac fortunas cui cum crediderim meas. Credere eſt ſeruandum commendare. Plautus aulul. ubi is obijt mortem, qui mihi id aurum credidit. Commodare eſt mutuare. Lucilius lib. xxvij. Certa ſunt ſine detrimento, quæ īter ſe commodent. M. Tullius de offi. li. ij. Atq; ut dando, & accipiendo, mutandisq́; facultatibus, & commodandis, nulla re egeremus. Commodare cum cōmodo dare. M. Tullius ad filium li. ij. Cui ego, quibuſcunq; rebus potero, libentiſſime commodabo. Captare capere. Lucilius li. xxvij. Quod ſi pauliſper captare, atq; obſeruare hæc uolueris. Cognoſcere eſt audire æſtimare. Lucilius li. xxvi. Rem cognoſcat ſimul & dictis animum attendat poſtulo. Pomponius panſa papipole, magis curabo ubi cognorit, omnes unà aſſentiant. Terentius andria. Eo pacto & gnati uitam, & cōſilium meū cognoſces. Virgilius Geor. li. i. Hi refugis, tenuisq́; piget cognoſcere curas. Cognoſcere noſſe, uel perſpicere. Virgilius li. ix. Venatu aſſiduo, & totum cognouimus amnem. Idem Geor. li. ij. Nunc quo quanq; modo poſſis cognoſcere dicam. M. Tullius in hortenſio. Vnde autem facilius, quàm ex annalium monimentis, aut bellicæ res, aut omnis reipu. diſciplina cognoſcitur? Idem de ſenectute. Neq; uero eos ipſe cognoui ſed illos etiam de quibus & audiui, & legi, & ipſe conſcripſi. Cognoſcere agnoſcere. Virgilius bucolicis. Incipe parue puer riſu cognoſcere matrem. M. Tullius de repu. lib. i. Cognoſcere me hercle inquit conſuetudinem iſtam, & ſtudiū, ſermonemq́; Varro ſeſquiulyſſe. Vereor, ne me quoq; cum domum ab ilio cæſus reuertero, præter canem, cognoſcat nemo. Competere ſignificat honorem uel coniugium, uel quiduis aliud aduerſus alium petere. Vnde competitores, ut ſæpe. Competere par eſſe, uel ſimile, Inde in æſtimatione rerum. Hoc illi competit dicimus. Competere, rei cuiusq; meminiſſe, aut conſtanter ualere. Salluſtius hiſt. libro primo. Sic uero quaſi formidine attonitus, neq; animo, neq; auribus, aut līgua cōpetere.

Damnare

D

DAMNARE Eſt damno afficere, unde et condemnare dictum eſt, è contrario nullo damno affectum indemnẽ probamus. Damnare eſt exhæredare. Lucilius ſatyrarum lib. xi. Caſſius Caius hic operarius, quem Cephalonem dicimus ſectorem, furiũq; hũc Tullius quẽ index hæredem facit, & dãnati alij omnes. Damnare neceſſitate conſtringi. Teren. phor. Tuus eſt damnatus gnatus non tu. Damnare eſt & morti dare. Virgilius æneidos libro quarto.

Non dum illi flauum Proſerpina uertice crinem
Abſtulerat, ſtygioq; caput damnauerat orco.

Accius armorum iudicio. Maior erit luctus cum me damnatũ audiet. Mar. Tul. in uerrem actione. i. Reus in iudicium adductus eſt uerres homo uita, atq; factis omnium iam opinione dãnatus. Damnare, & condemnare pro liberare poſitum eſt. Titinnius ueliterna. Fortaſſe notum fuiſſe, quo die liber foret, nũc eius uoti condemnatus eſt. immolauit hoſtiam. Virgilius libro xij. Quem damnet labor, aut quo uergat pondere letum. Turpilius leucadia. Et amplius illam apparere condecet, quando quidem uoti condemnata eſt. Virgilius bucolicis. Damnabis tu quoq; uotis. Siſenna hiſto. lib. iij. Quod uoto damnati foetum omnem dicuntur eius anni ſtatim conſecraſſe. Cicero Thuſc. libro quinto. Rerum naturam, quàm errorem noſtrum damnare maluimus. Delicere eſt illicere. Titinnius libro. y. qđ ea paraſitus habeat, qui illum ſciat delicere, & noctem facere poſſit de die. Defendere uindicare depellere. Virgilius bucolicis. Solſtitium pecori defendite. Defendere tueri depellere. Ennius Achille. Serua ciues, defende hoſtes, cum potes defendere. Delica eſt aperi, uel explana. Titinnius lib. y. quid iſtuc eſt? aut quid iſtic ſibi uult ſermo, mater delica. Idem prælia. Tibi ne comoediam, quam ſciã non delicem? Cæcilius obolostate, ſi linguas de te habeam uix habeam ſatis te, qui laudem ache, immo uero hic ante ſolitus ſum delicat. Accius achille. Quare alia ex crimine inimicorum effugere poſſis delica. Lucilius lib xxx. Nemo iſtum uentrem pertundet, delicet uti, atq; uidebis. Delinitus ad noſtram conſuetudinem placatus. Turpilius demetrio. uide mirum ingenium, ac delenificat mulierem commorat hominem lacrymis. Delinitus delectatus. Mar. Tul. ad Caſſium li. i. iam biennium eſt. cum uirtuti nuntium remiſiſti, delinitus illecebris uoluptatis. Lucilius li. xxx. Præſeruit, labra delicat, delinit amore. Delinitus eſt mente alienatus. Plautus amph. delinitus ſum profecto, ita, ut me qui ſim neſciam. Lucilius libro. xxyiij. Concedat homini id quod uult deliniat, corrumpat prorſus ac neruos omnes. Delinit deligat. Titinnius prælia. Verumenim dotibus deliniti ultro etiã uxoribus ancillantur. Degere eſt agere. Lucretius libro. ij. Degimus hoc æui quodcunq; eſt. Degere etiam eſt minuere. Plautus aulul. Nunc ego iſtum ſoror laborem degam, & diminuam tibi. Degere eſt detrahere. plautus epidico. Degitur coriũ de tergo meo. Dare eſt exhibere. Mar. Tul. de ſignis. Cn. Pompeius cum filio, qui fuit in Tyndaritano. coenam iſti dabat apud uillam. Teren. heautont. Nanq; ei unam coenam, atq; eius comitibus dedi. Dare facere. Virgi. æn. lib. i. Tu das epulis accumbere diuûm. Et lib. iiij. Immotamq; coli dedit, & contemnere uentos. Da ſignificantiam habet manifeſtam, ideſt dic. Virgil. æn. lib. iij. Da propriam tymbræe domum. Da dic. Virgil. bucolicis. Sed tamen iſte deus, qui ſit, da tityre nobis. & libro. yi. Tu quoq; o ſanctiſſima uates Præſcia uenturi da, non indebita poſco. Ter. heauton. Nunc quamobrem has partes dicerim, paucis dabo. Lucilius lib. xxx. Si liceat facere etiam hoc uerſibus, reddere quod do, & li. xxyiij. Perſuade, & trãſi, uel da quamobrem tranſeas. Dare adſcribere. Mar. Tul. in uerrem diuinatione. Ego etiam quæ tu ſine uerre commiſiſti uerri crimini daturus ſum. Dare oſtendere. Lucilius lib. xxyi. animoq; ægrotat, uidimus corpore hunc ſignum dare. Dare petere. Lucilius lib. y. Sicuti cum primus ficos propalam recenteis protulit, & pretio ingenti dat primitus paucos. Deponere eſt ponere. Virgil. bucolicis. De grege non auſim quicquam deponere tecum. M. Tul. Exiſtimaui honeſtiſſimas moleſtias poſſe deponi, ubi me ad philoſophiam retuliſſem. Deponere eſt cõmendare. Accius erigona. Hoſpitem depoſita interimes. Afranius epiſtola. Amare habere puerum depoſitum foris. Mar. Tul. de offic. lib. iij. Ergo & promiſſa nonnunquam facienda, neq; ſemper depoſita reddenda. Deponere eſt alienare. Plautus aulul. Vt me deponat, uino eam affectat uiam. Deponere eſt deſperare, unde & depoſiti deſperati dicuntur. Lucilius ſatyrarum libro tertio. Symmacus præterea iam tum depoſitus bubulcus exhalans animam pulmonibus æger agebat. Virgi. lib. xij. Ille ut depoſiti proferret fata parentis. Accius Tereo. Tereus indomito more, atq; animo barbarico conſpexit in eam amore uecors, flammeus & depoſitus, facinus peſſimum ex dementia confingit. Idem alpheſiboea. Et ſi eſt in malis depoſitus animus meus, quæ ſcribi exinde audiet. Mar. Tul. in uerrem actione. i. Itaq; mihi uideor iudices magnam, & maxime ægram, & propè depoſitam reipu. partem ſuſcepiſſe. Cæcilius obolo. iſta te depoſitus modo ſum anima uita ſepultus ſum.

Deſtitui eſt deſolari. Deſtitui rurſum ſtatui. Næuius gymnaſtico. In alto nauem iubet deſtitui anchoris. Cæcilius ſymbolo. Deſtituit omnes ſeruos ad menſam ante ſe. Dedicare eſt dicare. Accius Alpheſiboea. Aduereor cum te eſſe alcmenonis fratrem factis dedicat. Cæcilius annalium li. i. Legati quò miſſi ſunt ueniunt, dedicant mandata. Dicere conſtituere Ter. andria. Placuit deſpõdit, hic nuptijs dictus eſt dies. Dicere denuntiare. Lucilius lib. xxyiij. Minitari aperte capitis dicturũ diem. Ter. andria. Dico tibi ne temere facias. Dicere eſt indicare. Virgil. bucolicis. Dic mihi Dameta, cuium pecus? Dicere dicare. Virgil. lib. yi. Iunoni infernæ dictus ſacer. Dicere deſtinare. Mar. Tul. de offi. lib. iij. Et is, qui morti adductus eſſet paucos ſibi dies commendandorum ſuorum cauſa poſtulauiſſet. Dicere eſt promittere. Pomponius piſtoribus. numos certos dicas, dico quinquaginta millia. Salluſtius hiſtoriarum libro. ij. Eodem anno in Macedonia Caius Curio principio ueris cum exercitu profectus in Dardaniam, quibus potuit pecunias dictas coegit. Afranius uopiſco. Igitur quieſcet, quoniã inter nos nuptiæ ſunt dictæ, pareas iſtis uerbis ſi placet. Idẽ fratris, de ruſtico neſcio cui uicino ſuo perpauperi, cui dicat dotis paululum. Pacuuius Hermiona. Prius data eſt, quàm tibi dari dicta, aut quàm reditum eſt pergamo. Varro myſterijs. In id uirgo dos à foemina ut auferatur, quæ mihi poſteaquam ad concordiam dicta eſt. Dicere dare. Mar. Tul. de offic. lib. ij. Commode autem quicunq; dixit pecuniam. Dignatus ſignificat dignus habitus. Virgilius æneidos libro tertio. Coniugio anchiſa ueneris dignate ſuperbo. Accius neoptolemo. Sed quẽ mihi iungent cuique tu illo fuerint, dignabor dari. Idem atreo, Egò ne argiuûm imperium attingam? aut Pelopis digner domo? quo me oſtendam? quod templum adeam? quo more funeſto colloquar? Cicero orat. Quanquam enim omnis locutio oratio eſt, quæ tamen conſimili laude dignantur. Dignari dicitur dignum aliquem deputare. Virgilius libro decimo, atq; idem fugientem haud eſt dignatus oroden ſternere. Dominus dicitur, cui ſeruitur. Virgilius æneidos libro primo. Romanos

*rerum dominos, gentemq́; togatam.* Dominus rurſum appellatur conuiuij exhibitor. unde & domini conuiuia. Lucilius ſatyrarum libro ſexto. *Qui te bonus Iuppiter inquit craſſo Mutium cum cœnabat dominum fortem.* Idem lib. xiij. *Primum dominia, atq; ſodalitia omnia tolluntur.* Turpilius philopatro. *Forte eo die meretrices ad me de leuitate atticæ, ut cũ uenerat, quidam dixerat quæ cœnam apud me thais, atq; erotium Antiphila. Pythias ego extra cubui domina.* Varro papia papæ περὶ ἐγκωμίων. *Dominum cõuiuij uinum aliud'ue qd mi laudato.* Salluſtius hiſtoriarum libro tertio. *Alteri ſcribam, & cœnas in imo medius inter Tarquinium, & dominum perpẽna.* Mar. Tul. in Verrem frumentaria *argento dominos ueſtræ.* Varro endymionibus. *Diſcumbimus muſſati, dominus mandare nam committit. Domini & muliẽrum amatores.* Dominus maritus. Virgilius æn lib. iiij. *Connubia noſtra reppulit, ac dominum Aeneam in regna recepit.* Deliberare eſt dubitare. Teren. phor. *Ego amplius deliberandum cenſeo.* Deliberatum expletum, defunctum, uel definitum. Turpilius philopatro. *Certum, ac deliberatum eſt, me illis obſequi.* Diſcrimen diuiſio ſeparatio. Cicero de finibus bonorum, & malorum. *Homo et acutus, et diligens Chryſippus non contemnit, totumq́; diſcrimen ſummi boni in eam rerum comparationem poſitum putat.* Diſcrimen eſt periculum. Virgilius æne. libro primo. *Per tot diſcrimina rerum Tendimus in Latium.* Diſcrimen rurſum ſeparatio, à diſcernendo, unde & diſcerniculum dicitur acus, quæ capillos à media fronte diſſeparat. Salluſtius hiſtoriarum libro primo. *Sertorius fortis turba morantibus, et nullo ut in terrore ſolet generis, aut imperij diſcrimine per calonum corpora ad medium. quaſi deinſuper aſtantium manibus in murum attollitur.* Virgil. æn. lib. I. *Tros, tyriuſq; mihi nullo diſcrimine agetur.* Mar. Tul. in philippicis libro ſecũdo. *hetruriam diſcriminat Caſſius.* Lucilius li. xxix. *Et amabat omnes, nam diſcrimen non facit, neq; ſignat linea alba.* Diſcrimen certamen. Virgilius libro quinto. *Poſt hos æquo diſcrimine piſtris, centauruſq; locum tendunt ſuperare priorem.*

Duci delectari uel aduocari. M. Tul. de finibus bonorum, & malorum libro quinto. *Dantq́; ſe ad ludendum, fabellarumq́; auditione ducuntur.* Ducere pati. Virgilius æn. lib. iiij. *Nate dea potes hoc ſub caſu ducere ſomnos?* Ducere nudare exerere. Virgilius libro duodecimo.

*Ille tamen clypeo obiecto conuerſus in hoſtem*
*Ibat, in auxilium ducto mucrone petebat.*

Ducere excitare. Mar. Tul. in uerrem actione ij. *Quod ſiquem ſtatuæ magnopere delectant, ſiquis earum honore, aut gloria ducitur.* Ducere conſuetudine quam ſignificantiam habeat, claret. ſicut Virgil. æn. lib. xij. *Ducitur infelix æuo confectus alethes, & multa talia.* Ducere illicere, inducere. Mar. Tul. de offi. lib. ij. *Poſtremo pretio, aut mercede ducuntur.* & de ſenectute, *ſic adoleſcentes ſenum præceptis gaudent, quibus ad uirtutum ſtudia ducuntur.* Ducere ſtruere erigere. Virgilius æn. libro primo. *Pars ducere muros, moliriq; arcem.* Ducere exiſtimare iudicare. Varro ſexageſi. *Auidus iudex reum ducebat eſſe* κοινὸν *hoc modo.* Virgil. libro decimo. *Tanton' me crimine dignum duxiſti?* Mar. Tul. in uerrem diuinatione. *Clariſſimi uiri noſtræ ciuitatis temporibus optimis hoc ſibi ampliſſimum, pulcherrimumq; ducebant.* Lucilius lib. xxx. *Non datur admittit nemo nec uiuere ducunt. orco ſpondent ſeptimũ.* M. Tul. de offic. libro tertio. *A' quatuor fontibus honeſtatis primo libro officia duximus.* Ducere uoluere pertractare. Virgil. libro ſexto. *Sic equidem ducebam animo rebarq; futurum.* Lucilius libro xxix. *Age nunc ſummam ſumptus, ducatq; æri ſimul, atq; alieni.* Ducere fabricare. Varro γνῶθι σεαυτόν. *Nihil ſunt muſæ pollicis noſtræ quas erificæ duxti.* Ducere trahere differre. Mar. Tul. ad Cæſarem iuniorem libro. I. *Nec res duceretur fecimus, ut Hercules Antianus in alium locum transferretur.* Idem de officijs libro tertio. *Apud prætorem criminatus eſt balbum illum ducere.* Ducere proprium pro temporibus ſeruare. Virgil. bucolicis.

*Aſtrum, quo ſegetes gauderent frugibus, & quo*
*Duceret apricis in collibus una colorem.*

Ducere dimittere deſcendere. Plautus aulul. *Vbi ille abijt, ego me duco ſerium de arbore.* Ducere gerere. Virgilius libro ſeptimo. *Hi bellum aſſidue ducunt cum gente latina.* Differre eſt ſpatium temporis dare. Vir. æn. li. yi. *Diſtulit in ſeram commiſſa piacula mortem.* Differre, diffamare, diuulgare. Lucilius li. xxx. *gaudes cum de me iſta foris ſermonibus differs.* Varro de uita populi Romani libro quarto. *Si modo ciuili concordia exequi rationem paret, rumores fama differant licebit nos quoq; carpant.* Differre diuidere, uel ſcindere. Virgilius georgi. libro quarto. *Scythiæq; hyemes atq; arrida differt Nubila.* Ter. adelphis, *Miſeram me differor doloribus.* Virgil. lib. yij. *At procul inde citæ metium in diuerſa quadrigæ Diſtulerant.* Lucilius lib. xxx. *& maledicendo multis ſermonibus differs.* Plautus aulul. *Niſi reddi mihi uaſa iubes pipulo te differam ante ædeis.* Differre in ordinem ponere. Virgil. georgi. libro quarto. *Ille etiam ſeras inuerſum diſtulit ulmos.* Differre diſtare. Mar. Tul. in uerrem diuinatione. *Ac uide quid differat inter meam opinionem, ac tuam.* Lucilius li. xxyij. *Tamen aliti uerruca, aut cicatrix medius papulæ differunt.* Mar. Tul. in Hortenſio. *quantum inter ſe homines ſtudentes moribus omni uitæ ratione differant.* Durum ſolidum. Virgil. æn. li. iiij. *Sed duris genuit te cautibus horrens caucaſus.* Durus nocens. Idem georgi libro quarto. *Aut durum tineæ genus.* Lucilius libro. xxx. *& ſæuo, & duro in bello multo optimus hoſtis.* Durum patiens, & perſeuẽrans. Virgil. geor. lib. ij. *Scipiadas duros bello.* & æn. lib. I. *Durate, & uoſmet rebus ſeruate ſecundis.* Ter. adelphis. *Non hercle hic quidem durare quiſquam (ſi ſic fit) poteſt.* Durum immite. Virgil. georgi. libro ſecundo. *Quid iuuenis magnum cui uerſat in oſſibus ignem Durus amor?* Ter. heauton. *& quod illum inſimulat, durum id nõ eſt.* Decernere eſt conſtituere definire. Mar. Tul. de officijs libro primo. *Quare expetenda quidem magis eſt decernendi ratio, quàm decertandi fortitudo.* Virgil. æn libro quarto. *Decreuitq; mori.* Terẽ. andria. *Quicquid peperiſſet, decreuerunt tollere.* Plautus aſinaria. *Eos me decretum eſt perſequi mores patris.* Varro eudæmonibus. *Forenſes decernunt exiſtimatio nomen eum inſanorum numerum refert.* Decernere eſt dicere. Plautus amph. *Qui nequeas noſtrorum uter ſit amphytrio decernere.* Decernere certare. Virgil. æn. lib. xi. *Ipſum armis, ipſumq́; iubet decernere ferro.* Idem georgi. libro tertio. *cornibus inter ſe ſubigit decernere amanteis.* Mar. Tul. philippicarum libro tertio. *Quam ne ſeruiam animus, armiſq; decernere.* Demiſſum abiectum. Mar. Tul. de officijs libro tertio. *Perſpicuum eſt enim ea, quæ timido animo humili demiſſo unus accipit affert.* Demiſſum humile miſerandum abiectum. Virgi. æn. libro tertio. *Deiecit uultum, & demiſſa uoce locuta eſt.* Lucilius libro xxyij. *Re in ſecunda tollere animos, & in mala demittere.* Cicero Thuſcu. libro quinto. *Non eſt auſus elate, & ample loqui humiliter demiſſeq; ſentire.* Dimittere permittere, in poteſtatem dare. Mar. Tul. de repu. lib. I. *Tum annui conſules, tum dimiſſi populo faſces.* Dimittere derelinquere. Mar. Tul. ad Cæſarem libro tertio. *Quæ ſi uideres non de exercitu retinendo tueri, ſed eo tradito aut dimiſſo.* Dimittere deſuper mittere. Virgil. æn. lib. ij. *Dimiſſum lapſi per funem.*

Salluſtius hiſtoriarum libro tertio. Cum machinis ſtrepitu demiſſum uictoriæ ſimulachrum coronam capiti imponebant. Varro meleagris. Cum etiam thais menandri tunicam dimiſſam habeat ad talos. Dimittere dare. Virgi. geor. li. iij. Dimiſſæq; ab Ioue gentis nomina. Dimittere mittere. Idem æn. lib. i. Equidem per littora certos dimittam. Diſcere eſt ignotam rem meditando aſſequi. Lucilius libro. ix. Diſcere labora, ne res te ipſa, ac ratio ipſa refellat. Virgil. libro. xij. Diſce puer uirtutem ex me. Diſcere tentare. Virgi. lib. v. Et fractis diſcentem currere remis. Defunctum dicimus conſuetudine mortuum. Virgil. lib. v. Defunctiq; corpore uita. Defuncti libera ti. Idem libro ſexto. O tandem magnis pelagi defuncte periclis. Diſtrahere eſt uendere. Lucil. li. xxix. Diuidant, diffe rāt, diſſipent, diſtrahant. Diſtrahere ſeparare. Ter. phor. qđ ſi eo meæ fortunæ redierunt phanniū abs te ut diſtrahat. Mar. Tul. philip. li. ij. Quid primum hæc natura cohærētia opinione diſtraxiſſent. Varro de uita populi Romani libro primo. Diſtractione ciuium elangueſcit bonum proprium ciuitatis, atq; ægrotare incipit, & conſeneſcere diſtrahere diuidere, diffundere. Virgil. lib. viij. Turbatis diſtractus equis. Varro de uita populi Romani. lib. i. Metium ſufetium propter perfidiam interemit penè imperioſius, quàm humanius. Nam equis ad curriculum ex utraq; parte deligatum diſtraxit.

Dicare dictum eſt conſtituere conſecrare. Virgilius lib. v. Vrbe uelim poſita templis ſibi ferre dicatis. Dicare tradere. Mar. Tul. epiſtola ad Cæſarē libro primo. Balbum quanti faciam, quamq; ei me totum dicauerim ex ipſo ſcies. Lucilius li. xxx. Iuratum ſe uni cui ſit data adæq; dicata. Dicare indicare nuntiare. Lucilius lib. xxx. Sicubi ad aureis fama tuam pugnam claram allatam dicaſſet. Detrahere derogare. Mar. Tul. de ſignis. Et ſi quæritis, ut ipſe de me detraham illos ego accuſatores puto. Detrahere tollere. Terent. heauton. Aſſiduo accurrunt ſerui, ſoccos detrahunt. Virgil. geor. lib. tertio. Obſeruans nido implumeis detraxit. Mar. Tul. de frumentaria, in Verrem. Poſtremo ſicuti ciuitati ſociæ tantum detraxit, quantum commodum fuit. Idem de offi. li. iij. Nunquam committit, ut alienum appetat, & id quod alteri detraxerit ſibi aſſumat. Et in Hortenſio, ut ea ſibi ratio uera reſtituat, quæ conſuetudo uitioſa detraxerit. Detrahere extrahere. Lucilius lib. xxix. Cum ipſi in locum deſcendant, cum alios detrahant. Deſpicere eſt pro nihilo habere. Mar. Tul. in uerrem actiōe ij. Quemadmodum tenuiſſimum quenq; contempſerit, deſpexerit, liberum eſſe nunquam duxerit. Virgilius bucolicis. Deſpectus tibi ſum, nec quis ſim quæris Alexi. Mar. Tul. de officijs libro ſecundo. Deſpiciunt autem eos, & condemnant, in quibus nihil uirtutis, nihil animi, nihil neruorum putant. Deſpicere de ſuper aſpicere. Virgil. geor. lib. ij. Qualem ſæpe caua montis conualle ſolemus deſpicere. Mar. Tul. in Hortenſio. Conſolabitur eam magnitudo animi, & humanarū opinionum alta quædam deſpectio. Deijcere elidere. Mar. Tul. ad Cæſarem iuniorem libro ſecūdo. Adeſt alba neſcio cuius clodij, quam cū reſtitui iuſſiſſet ancone cum eo deiectum eſſet ex ſenatuſconſulto. Deijcere dicitur mittere. Virgilius lib. viij. Toto genitor quæ plurima cœlo deijcit in terras. Lucilius libro. xxvij. Has è feneſtris in caput deijciunt, qui propè ad hoſtium aſpirauerint. Deijcere præcipitare. Marcus Tul. in uerrem actione ij. Si me ædilitate deieciſſent. Lucilius libro. xxix. Detruſus tota ui deiectaq; Italia. Deijcere auertere. Mar. Tul. philippicis. Nec uero uſq̄, nec à repu. deijciebam oculos. Deductum dicitur molle, ſuaue. Virgilius bucolicis. Paſcere oportet oueis deductū dicere carmen. Deducere uocare. Mar. Tul. de repu. lib. primo. Quare ſi placet deducere rationem tuam de cœlo ad hæc exteriora. deductum delectatione ductum. Virgilius bucolicis. carmina uel cœlo poſſunt deducere lunam. Lucilius libro. xxvi. Illuc oculi deducunt ipſi, atq; animum ſpes illuc rapit. Deducere trahere mouere. Siſenna hiſtoriarum lib. iiij. ab armis to recedere, præſidia de locis deducere. Deductum diminutum ſuppreſſum. Lucilius lib. xxx. deductat hūc uoce Leo. Cur tu ipſa uenire non uis huc. Deducere deprauare, tranſuertere à recto. Mar. Tul. in Hortenſio. Habet enim ipſa incertam definitam uiam, & ex ea multis uitijs, & erroribus deprauata deducitur. Virgilius geor. lib. i. Riuos deducere nulla relligio uetuit. Deferre abducere. Virg. æn. lib. vi. Defer in Italiam. deferre eſt afferre. Virgil. æneidos libro quarto. Celeris mandata per auras Detulit. Deferre celatum prodere. Lucilius li. xxviij. Quapropter certum eſt facere contra, ac proſequi, & nomen deferre hominis. Deſtinare dicitur parare. deſtinare emere. Lucilius li. xxviij. Facio ab lenone uenio, tribus in libertatem millibus deſtinet. Docere ſignificat diſciplinam, uel artem quampiam magiſterio dare. Virgilius æneidos libro quinto. docuit poſt exitus ingens. Docere dicere. Lucilius libro. xxix. At non ſunt ſimiles, neq; dant, quid ſi dare uellent acceperis, ne doce. Diligere manifeſtam habet ſignificationem, ut plerunq; diligit diuidit. Plautus curculione. Clypeatus elephantum ibi Machæra diligit. Titinnius prælia. Pernam totam diligit. Dextrum dicitur dexteræ partis. Virgilius lib. v. Quo tantum mihi dexter abis? Dextrum dicitur felix propitium. Virgilius libro octauo. Et nos, & tua dexter adi pede ſacra ſecundo. Deprecor amolior, depello, propulſo. Mar. Tul. de repu. lib. vi. Non modo inuidia pari non erant, ſed etiam Claudij inuidiam Gracchi charitas deprecabatur. Ennius. Eripite o cui nunc erumnam, à libertate para quibus ſeruitutem meam miſeram deprecor. Diuortium eſt rerum omnium ſeparatio. Cicero de orat. libro tertio. Sic è communis ſapientiæ iugo ſunt doctrinarum facta diuortia. Diuortium deflexus de uia à diuertendo. Virgil. lib. ix. Obijciunt equites ſeſe ad diuortia nota.

E

EXIGERE Vi extorquere. Mar. Tul. in diuinatione. Et cum eſſet tritici modios ſeſtertijs duobus pro frumento in modios ſingulos duodenos ſeſtertios exegiſſe. Exigere inquirere, uerum perdiſcere. Virg. æn. li. i. Quærere conſtituit, ſocijſq; exacta referre. Exigere eſt excludere. Plautus aulul. Itaq; omnis exigit foras. Ter. andria. Spectandæ an exigendæ ſint nobis prius. Afranius fratris. Retinebitur uir ut uoluntate una probabili prægnantem quod non exigit. Næuius Dane. Indigne exigor patria innocēs. Mar. Tul. philippicis lib. ij. Claues ademit, foraſq; exegit. Lucilius libro xxvi. Veſtimentis frigus, atq; horrorem exacturum putet. Exigere debitum repetere. Mar. Tul. epiſtola ad Caſſium. Sed nō urgeo longiores enim ſpectabo, uel potius exigam, quando hercle ego temere exigam. Exigere facere, cogere. Virg. æn. lib. ij. Quos improba uentris exegit cæcos rabies. Exigere ſignificat agere. Plautus captiuis. ſalue tyndare, & tu, cuius cauſa hanc erumnam exigo. Virg. æn. lib. i. Omneis ut tecum meritis pro talibus annos exigat. Ter. Ecyra. Illiq; exopto ut reliquam uitam exigat. Lucilius lib. xxviij. cum cognoueris, uitam ſine cura exigas. Exigere definire conſtituere. Virg. æn. lib. quarto. Decreuitq; mori, tempus ſecum ipſa, modumq; exigit. Exactū tranſcurſum præteritum. Virg. geor. lib. tertio. At tribus exactis, ubi quarta acceſſerit ætas. & eodem. Exactis grauidæ cū

menſibus errant. Elidere excludere ſignificat. Virg. li. viij. Eliſos oculos, & ſiccum ſanguine guttur. Plautus rudente. Iubeo oculos elidere, idem ut ſæpius faciunt coci. Lucilius ſatyrarum libro ſecundo. Iniuriarum hunc in fauces inuolaſſe, animamq́; eliſiſſe illi. Elidere ſuffocare, uel occidere. Virgilius libro octauo. Geminasq́; premens eliſcerit angues. Elidere collidere. Virgilius æneidos libro tertio. Ter ſpumam eliſam, & rorantia uidimus aſtra. Cicero Thuſc. lib. v. Qui rebus his fractus ægritudine eliditur, poteſt tamen eſſe non miſer. Elidere deijcere. Mar. Tul. de repu. lib. ij. Vt auriga indoctus è curru trahitur, operitur, eliditur, laniatur. Exanclare ſignificat exhaurire. Plautus ſtico. Ne iſte edepol uinum poculo pauxillulo exanclauit. Idem pœnulo. Sæpe exãclatum merum ſcitiſſime. Exanclari perſici. Pacuuius periboea. Non poteſt Menalippe hic ſine tua opera exanclari clauos. Exanclari etiam ſignificat perpeti. Ennius andromacha. Malo torquetis cum ærumnis illum exanclari diem. Accius Diomede. Ferè exanclauimus tyranni ſæuum ingenium, atq; execrabile. Idem amphi. Pertolerarem uitam cladesq́; exanclarem impatibiles. Lucilius lib. xxx. Quantasq́; modo erumnas, quantosq́; labores exanclaris. Exãclare effundere. Ennius eumenidibus. Niſi patrem materno ſanguine exanclando ulciſcerer.

Eliminare eſt exire. Ennius Medea. Exule antiqua ædilis fida cuſtos corporis, quid ſic extra ædes exanimata eliminat. Accius phœniſſis. Egredere, exi, effer te, elimina urbe. Idem meleagro. Timide eliminor clamore ſimul agnita uox ad aures accinit. Varro ſerano περὶ ἀρχαιρεσιῶν. Occipitium arino deo oſtendo ex oraculo elimino me. Eliminare rurſum excludere. Pacuuius duloreſte. Vbi ille eſt me miſeram, quoniam clamor eliminat. Pomponius. Conclauos iſtic manet eliminabo extra ædes coniugem. Euadere exire, tendere. Ter. phor. quid hic cœptat, aut quò euadet hodie? Lucilius libro. xxvi. Euadat ſaltem aliquid aliqua, quod conatus ſum. Plautus aſinaria. Demiror quid ſit, et quò euadat, ſum in metu. Euadere fieri, præduci. Mar. Tul. philippicarum lib. ij. An uerebare, ne non putaremus natura te potuiſſe non improbum euadere? Euadere eſt liberare. Salluſtius Iugurthæ bello. At ni Marius ſigna inferre, atq; euadere oppido properauiſſet profecto cuncti, aut magna pars ſiccenſium fidem mutauiſſent. Virgilius lib. ix. Noſtras ne euadere demens ſperaſti te poſſe manus? Lucilius lib. xxv. Iccirco omnes euaſuros cenſent ægritudinem. Siſenna hiſto. libro. iiij. Cohors una poſt concitata, qua murus erat interruptus, euadit. Euadere aſcendere. Virgilius æn. lib. ij. Euado ad ſummi faſtigia culminis. Euadere apparere. Virg. æn. lib. ij. Vt tandem ante oculos euaſit, & ora parentum. Excipere eſt ſeiungere ſeparare. Virgilius libro nono. Ipſum illum clypeum criſtasq́; rubentes excipiam ſorti. Excipere excuſare uel cælare. Plautus aulul. Neque partem tibi ab eo cui uis indipiſcis, neque furem excipias. Excipere eſt ſuſcipere. Virgil. æn. libro tertio. Heu quis te caſus deiectam coniuge tanto excipit? Mar. Tul. in Verrem de ſupplicijs. Filiorum ſuorum poſtremum ſpiritum ore excipere liceret. Excipit opprimit uel circumuenit. Virgilius æn. li. ij. Et ſcelerum furijs agitatus oreſtes excipit incautum. Mar. Tul. ad Pompeium libro quarto. Quod ſi eſt, non modo iter meum interclusum, ſed ne ipſum planè exceptum putabat, & rurſum admoniti ſumus, ut caueremus, ne exciperemur à Cæſare. Excipere rurſum extrahere. Mar. Tul. de repu. libro quarto. Quos inſepultos reliquiſſent eos, quos è mari propter uim tempeſtatis excipere non potuiſſent, innocentes necauerint. Virg. bucolicis. Non ego te uidi Damonis peſſime caprum excipere inſidijs? Excipere manere, habere. Virgilius geor. libro quarto. Ergo ipſas quamuis anguſti terminus æui excipiat. Excipere captare. Cicero orat. libro tertio. Quædam dari ex hac uita ad pertractandos animos hominum, & ad excipiẽdas eorum uolũtates.

Explorare eſt intentius obſeruare. Virgi. æn. lib. ix. Nec nõ & trepidi formidine portas explorant. M. Tul. de offic. libro tertio. Hac ui non mutatur, niſi exploratum quidem habeat, id omnino neminem unquam ſuſpicaturum. Explorare uerum inquirere. Virgilius æn. lib. i. Exire locosq́; explorare nouos. Explorare probare. Mar. Tul. in Verrem actione ij. Tum in reliquis explorata, atq; prouiſa. Lucilius lib. xxix. Certum ſcio eſſe ut dicis. Nam mihi erant de illo explorata omnia. Marcus Tul. de ſenectute. Quis eſt tam ſtultus, quamuis adoleſcens cui ſit exploratum ſe ad ueſperum eſſe uicturum? Explorare ſiccare. Virgilius geor. lib. i. Et ſuſpenſa focis explorat robora fumus. Exercere fatigare. Teren. adelphis. I, ſanè ego te exercebo hodie, ut dignus ſis, ſilicernium. Exercere exagitare. Mar. Tul. de offic. lib. i. Exercenda etiam eſt facilitas, et altitudo animi. Virgilius æneidos libro quinto. Nate iliacis exercite fatis. Exercere inſequi. Virgilius æneidos libro quarto. Tũ uos ò tyrij ſtirpem, & genus omne futurum exercete odijs. Exercere ſolidare. Salluſtius Iugurthæ bello. Nabdalſa exercito corpore. Cicero Thuſc. lib. Equidem meos caſus, in quibus me fortuna uehementer exercuit. Exercere imponere, imperare. Virg. geor. lib. ij. Tunc deniq; dura exerce imperia, & ramos compeſce fluentes. Plautus amph. Si in me exerciturus quæſo in pariẽtem prius domes. Exercere in meliorem uſum, & fructum formare. Virgil. geor. lib. i. Exercetq́; frequens tellurem, atque imperat aruis. Equites cum conſuetudine aut à magiſtro equorum, aut à ſeſſore appellamus. Virgil. lib. quarto. Interea præmiſſi equites ex urbe latina. & lib. x. Effuſumq́; equitem ſuper ipſe ſecutus. Equites Virgil. geor. libro tertio, è quos dici uoluit, impoſiti dorſo, atq; equitem docuere ſub armis Inſultare ſolo, & greſſus glomerare ſuperbos. Exterritum pauefactum ſignificat. Virg. libro. V. Plauſuq́; exterrita pennis Dat tecto ingentem. Varro eudæmonibus. Videmus populum furijs inſtinctum tribus diuerſim ferri exterritum formidine. Exterritum accenſum inflammatum. Virgil. geor. libro tertio. Sæuit agris, aſperq́; ſiti, atque exterritus æſtu. Experiri eſt pati ſentire. Virg. libro. i. Vos & cyclopea ſaxa experti. Ter. ecyra. Nam fuiſſe ergo me miro ingenio expertus ſum. Experiri tentare. Virgilius æn. libro quarto. Nequid inexpertum fruſtra moritura relinquat. Teren. Eunucho. Omnia prius experiri conſilio, quàm armis ſapientem decet. Lucilius lib. xxx. Summatim tamen experiar reſcribere paucis. Plautus aſinaria. Dignos adire, atq; experiri certum eſt mihi. Experiri ſcire. Mar. Tul. epiſtola ad Brutum libro. vij. His contraria, atq; parata, ut eſſe ſoleat expertus ſum. Virg. lib. ix. Experto credite quantus in clypeum inſurgat. Exire manifeſtam habet ſignificationem. ut Ter. Eunucho. Exi foras ſceleſte, at etiã reſtitas fugitiue? Exire euadere, liberari. Lucilius lib. xxviij. Ne hoc faciat, atq; ex hac erumna exeatis. Exire euitare. Virgil. lib. v. Corpore tela modo, atq; oculis uigilantibus exit. Exire erumpere. Virgil. æn. lib. ij. Non ſic aggeribus ruptis cum ſpumeus amnis Exit. Exire prohibere. Virgil. æn. lib. xi. Suſtinet à iugulo dextram, & uim uiribus exit. Expedire utile eſſe. Ter. heauton. Expedit bonas eſſe uobis, nos, quibus cum eſt res, non ſinunt. Lucilius lib. xxvij. Ego enim à pueritia, ut me amare expediat. Mar. Tul. de offic. lib. ij. Sæpe enim aut eos lædunt, quos non debeant, aut eos, quos non expedit. Expedire eſt definire. Virgil. æn. libro quarto. Et auſonio poſſis conſidere portu Expediam dictis. Terẽ. phor. Atq; id ſi potes uerbo expẽdi uno. Expedire liberari. Virgil. æn. lib. ij. Flammam

inter & hoſteis expedior. Ter. ecyra. Teq; hoc crimine expedi. Siſenna hiſtoriarum libro quarto. Funeris expediunt clauſtra foribus impoſita periclitantur. Expedire proferre. Virgil. æn. lib. i. Cereremq; caniſtris expediunt. Mar. Tul. in Verrem de ſupplicijs. Hominem proripi, atq; in foro medio nudari, ac deligari, & uirgas expediri iubet. Enixa dicitur partu leuata. Virgilius æn lib. iij. Triginta capitum fœtus enixa iacebit. Enixa ſubiugata. Virgilius æne. libro tertio. Seruitio enixæ tulimus. Efferre ſubdere. Lucilius lib. xxvi. Depugnabunt pro te ipſi, & morientur, ac ſe ultro efferent. Efferre ſignificat proferre. Virgil. libro. V. Tunc ſatus Anchiſa cæſtus pater extulit æquos. & libro ſecundo. Me'ne efferre pedem genitor? Lucilius lib. xxvi. Ego ubi quem ex præcordijs efferre uerſum. Ennius Medea. Vtinam ne unquam me de cordis cupido corde pedem extuliſſe. Efferre oſtendere. Virgilius libro octauo. Vt belli ſignum Laurenti Turnus ab arce extulit. Efferre erigere, leuare. Virgil. æn. lib. v. Oſtendit dextram inſurgens Entellus, & alte extulit. Lucilius libro. xxx. Continuo ſimulac paulo uehementius aura inſlarit fluctus erexerit extuleritq;. Efferre edere prouehere. Virgil. georgi. libro. ij. Extulit hæc Decios, Marios. Lucilius lib. xxvi Non idarco extollitur, uel iræ, uel gaudij dator. Mar. Tul. in Hortenſio. Præter cæteros noſtra extulit ciuitas. Efferre extollere M. Tul. de ſignis. Nimirum forſitan hæc illi mirentur, atq; efferant. Idem de offic. li. ij. Itaq; eos uiros ſuſcipiunt, maximisq; efferunt laudibus. Lucilius lib. xxx. Omnia alia, in quibus efferimur rebus, ne ego multis loquar. Extollere differre. Cæcilius plotio. ibi intro, atq; iſta hæc aufer. tamen hodie extollat nuptias.

Explere dicitur implere. Lucretius libro tertio. Atq; explere bonis rebus, ſaciareq; nunquam. Virgil. georgi. libro tertio. Improbus ingluuiem, ramisq; loquacibus explet. Explere minuere. Virgilius libro ſexto Diſcedam, explebo numerũ reddarq; tenebris. Educere erigere. Virgil. lib. vi. Aramq; ſepulchri Congerere arboribus, cœloq; educere certant. Educere dicitur exuere. Virgilius libro decimo. Hoc dicens, eduxit corpore telum. Educere, educare. Teren. adelphis. eduxi à paruulo, habui, amaui pro meo. Expedire colligere. Marcus Tul. ad Cæſarem iuniorem lib. i. Ex cæteris autem generibus tunc pecunia expedietur, cum legiõibus uictricibus erunt, quæ ſpopondimus perſoluenda. Excutere dicitur commouere. Virgilius lib. xij. Gaudetq; comanteis excutiens ceruice toros. Mar. Tul. de officijs libro ſecundo. Explica, atq; excute intelligentiam tuam. Excutere emittere. Virgilius. ix. Excuſſus Acontēus fulminis in morem. Excutere excludere, deijcere. Virgil. æn. libro quarto. Excutimur curſu, & cæcis erramus in undis. Lucilius lib. xxx. Ipſo cum domino calce omneis excutiamus. Excutere, eligere. Mar. Tul. philippicarum libro. xij. Iuuentutem omnem ex tota Italia excuſſimus. Exponere oſtendere. Mar. Tul. de ſignis. Vocat ad cœnam. deinde ipſe prætorem, exponit ſuas copias omneis. Exponere deponere. Virg. li. xi. Socios de puppibus altis Põtibus exponunt. Exponere diſſerere. Mar. Tul. in philippicis lib. i. Exponam uobis breuiter cõſilium profectionis, & regreſſionis meæ. Exponere abijcere. Ter. heauton. Erat hic corinthia anus haud impura. ei dedi exponendam. Expoſitum ſubiectum. Mar. Tul. in Verrem actione ij. Cum tibi expoſita eſſet ad prædandum omnis Pamphilia. Exornare fœdare. Teren. heauton. Ego'ne, ſi uiuo, adeo depexum, adeo exornatum reddam, ut dum uiuat, meminerit ſemper mei. Exornare ornare. Mar. Tul. in Verrẽ de ſignis. Ornat ample, magnificeq; triclinium. Ter. Eunucho. Ita uiſus eſt dudum, quia uaria ueſte exornatus fuit. Cicero de orat. libro primo. Qui omnes eloquentes fuerunt, orationem ſuam, & reipu. dignitatem exornabant. Explicare, oſtendere, explanare. M. Tul. in Verrem de ſignis. Vitam alterius totam explicare. Idem de offic. lib. iij. Vt quædam ſibi concedantur, quo facilius, quæ uolunt, explicent. Explicare emittere, extendere. Virgil. geor. lib. ij. Sed trudit gemmas, & frondeis explicat. Mar. Tul. de repu. libro ſecundo. Quæ uirtus præter cæteras, totam ſe ad alienas utilitates porrigit, atq; explicat. Varro ſeſquiulyſſe. Vias ſtelligeras ætheris explicans ære. Cauo ſonitum hic in coturnis. Explicare exercere. Mar. Tul. de offic. libro tertio. Explica, atq; excute intelligentiam tuam, ut uideas, quæ ſit in eas ſpecies firma notio uiri boni.

Exui eſt exolui. Virgi. æn. libro ſecundo. Suſtulit exutas uinclis ad ſydera palmas. Exui nudari. Virgil. lib. V. Magna oſſa, lacertosq; exuit. Exuere deponere. Virgil. æn. libro quarto. Et ſiquis precibus locus, exue mentem. Exui liberari. Lucilius libro. xxix. Vnde domum uix redeat, uixq; hoc exuat ſe.

Excidere cedere. Mar. Tul. philipp. libro ſecundo. Excident gladij cruẽta arma de manibus. Excidere in obliuionem dare. Virgil. æn. libro primo. Nec dum etiam cauſæ irarum, ſæuiq; dolores exciderant animo. Eiectum excluſum. Virgilius libro nono. Nec non Tarquinium eiectum Porſenna iubebat Accipere. Lucilius lib. xxix. Ibi erat ſcopios eijcere iſtum abs te, quamprimum & perdere amorem. Eiectum extenſum. Virgilius libro decimo. Eiectoq; incumbit cernuus armo.

Exultare ſæuire. M. Tul. de repu. libro ſecundo. Quæ ſanguine alitur, quæ in omni crudelitate ſic exultat, ut uix hominum acerbis funeribus ſatietur. Exultare eſt geſtu, uel dictu iniuriam facere. Lucilius libro trigeſimo. Quin totum purges, debellas me, atque, deauras, exultes, ſollicites. Virgilius libro quinto. Exultantiaq; haurit corda pauor pulſans. exultare gloriari cum iactantia. Virgilius æneidos libro decimo. Exultat Amazon. Mar. Tul. in Hortenſio. Imbecillis autem eſt pudoris magiſter timor, qui ſiquando paululum aberrauerit, ſtatim ſpe impunitatis exultat, & de ſenectute. & Annibalem iuueniliter exultantem patientia ſua molliebat. Exultare ſupra modum exilire, & efferri. Mar. Tul. de repu. Eſt igitur quoddam turbulentum in hominibus ſingulis, quod uel exultat uoluptate, uel moleſtia frangitur. Eligere ſignificationem habet apertam. Eligere defatigare. Lucilius libro. xxix. Corrumpat prorſus ad neruos omneis eligat. Excludere liberare. Lucilius lib. xxvij. Primum qua uirtute ſeruitutem excluſerit. Excludere dicitur eijcere. Teren. Eunucho. Excluſit, reuocat, redeam? Excidere diſſentire. Lucilius lib. xxvij. Metuo ut fieri poſſit. ego ab Archilocho excido. Expectare dicitur manere, obſeruare. Terẽ. andria. Expecto quid uelis. Expectare ſperare. M. Tul. de officijs libro ſecundo. Eſt enim deterior, qui accipit, atq; etiam ad expectandum ſemper paratior. Virgil. georgic. lib. i. Sed illos expectata ſeges uanis eluſit ariſtis. Expectare eſt à deo poſcere. Expetere accipere. Plautus amph. Ergo in ſeruitute expetunt multa iniqua. Expetere transferre, euadere. Plautus amphit. Suamq; ut culpam immortalem expetere ut ſinat.

## F

FELIX Dicitur fortunatus, beatus. Virgilius æn. li. iij. O felix una ante alias priameia uirgo. Felix propitius. Vir. æn. libro primo. An phœbi ſoror, an nympharum ſanguinis una, ſis felix. Felix fructuoſus, ferax. Virgi. gor. lib. ij. Exijt ad cœlum ramis felicibus arbos. Varro de uita populi Romani lib. ij. Contra nouo marito cum item e' foco initio

ne ex felici arbore,& inæquali aqua allata eſſet.

Faſtigium ima altitudo·Virgil·geor·li·ij·Forſitan & ſcrobibus quæ ſint faſtigia quæras·Varro de re ruſtica lib·i·Foſſa ita idonea fiat,ut omnẽ aquam,quæ de cœlo uenit,recipere poſſit,aut faſtigium habeat,ut exeat è fundo aggeris.

Ferre oſtentare·Virgi·lib·xi·Captiuo ſiue ut ſe ferret in auro uenatrix·Ferre conſuetudine portare dicimus·Virgilius lib·v·Vix illam famuli Phegeus,ſabariſq; ferebant·Ferre habere·Virgil·lib·v·In magno munere Cyſſeus ferre ſui dederat monimentum,& pignus amoris,cum filius nomen ſuũ ferre uoluiſſet.

Ferre pati·Virg·æn·lib·ij·Miſerere animi non digna ferentis·Lucilius lib·xxvij·Cæterum quicquid ſit,quid non ſit,fero æquo animo,ac fortiter,prælio captiuos prædones nõ poſſes iam amplius perferre,tamen ſuadet,ut notat·Terent·heauton·Nam quem ferret,ſi parentem non ferret ſuum·Cicero in Verrem·De prætura ſicilienſi,prout temitani homines facultates ferebant·& de orat·lib ij·Eſt autem uetuſtum uerbum,ſi quod tamen conſuetudo ferre poſſit·Ferre conſerere·Virgilius libro·v·Quibus acer Eryx in prælia ſuetus ferre manũ·Ferre diſturbare·Virg·æn·lib·i·Quippe ferant rapidi ſecum,uerrantq; per auras·& libro ſecundo·Alij rapiunt incenſa feruntq; pergama·Ferre dicere nominare·Virg·æn·lib·ij·& ſcelus expendiſſe merentem Laocoonta ferunt·& libro tertio·Quæ nũc ſamothracia fertur·Ferre dare,exhibere·Virg·æn·libro tertio·ſacra dioneæ Matri,diuiſq; ferebant·Ferre afferre·Virgilius lib·xi·Legati reſponſa ferunt·Mar·Tul·de ſupplicijs·Prohibetur ſuis liberis cibum,ueſtitumq; ferre·Lucilius lib·xxix·Colligere auxiliũ,tametſi eſt indigna,ut feram·

Ferre dirigere,ducere·Virgil·libro ſexto·Hinc uia tartarei,quæ fert Acherontis ad undam·Lucilius libro·xxx·Quid ſibi uult, quare fit ut intro uerſus,ut ad te ſpectant,atque ferant ueſtigia in omnia ſe prorſus·Ferre laudare·Idem eodem·Et ſola ex multis nunc noſtra poemata ferri.

Fluere eſt decurrere·Virgil·geor·libro ſecundo·Hæc eadem argenti riuos,ærisq; metalla oſtendit uenis,atq; auro plurima fluxit·Fluere minui,deficere·Virgilius æn·lib·ij·Ex illo fluere,ac retro ſublapſa referri Spes danaũm·Fluere latius,ac liberius excreſcere·Virgil·geor·lib·ij·Tum deniq; dura exerce imperia,& ramos compeſce fluentes·

Fatum ſignificat decretum,& uoluntatem·Virgilius æn·lib·viij·Heu ſtirpem inuiſam,& fatis contraria noſtris,fata phrygũ·et in eodem·Filius huic fato diuũ,proleſq; uirilis Nulla fuit.

Fatigare,percutere·Virgilius libro nono·uerſaq; iuuencum Terga fatigamus haſta·Fatigare excitare,uel increpare,uel hortari·Virgil·æn·lib·quarto·Socioſq; fatigat Præcipites,uigilate uiri·Fatigare inſtigare cogere·Virgilius libro nono·Collecta fatigat edendi ex longo rabies,& ſiccæ ſanguine fauces·Fatigare ad laſſitudinem deducere·Virgilius libro·V·Veloces iaculo ceruos,curſuq; fatigat·& lib·xi·Quos nulla fatigant prælia.

Fœdum conſuetudine eſt deforme·Teren.Eunucho·Nunc tibi uidetur fœdus,quia illam non habet·Fœdum execrandum·Virgilius libro ſeptimo·Auerſuſq; refugit fœda miniſteria.

Factio dicitur malorum conſenſus,& conſpiratio·Salluſtius Iugurthino bello,Inter bonos amicitia,inter malos factio·Factio item ſignificat opulentiam,abundantiam,et nobilitatem·Titinnius. Sed iam metuo hercle,ne nimis ſtulte fecerim,qui ex tanta factione,atq; opibus ea ſum auſus adgredi·Plautus aulul·Iſtas magnas factiones,dotes dapſiles·Idem trinummo·Voſtras cum noſtris factiones,atq; opes·Turpilius Traſileone·Non utilitate,factione fretus intercedere·Cæcilius,alta eorum famam occultabat factio.

Ferox eſt ſæuus,& indomabilis,tranſlatum à feritate·Virgilius æneidos libro quarto·ac frena ferox ſpumantia mandit·Mar·Tul·de offic·lib·i·Vt equos propter crebras contentiones præliorum ferocitate exultantes domitoribus tradere ſolent·Ter·Eunucho·Eo'ne es ferox,quia habes imperium in belluas?Ferox ſum illa re dicitur,ut illa re ſum fretus uel arrogans·Titinnius fullonibus·Videram ego te uirginẽ formoſiſſimam eſſe,ſponſo eſſe ſuperbam,forma eſſe ferocem·Plautus milite·Vt donatum equum,qui forma ẽ ferox·Accius·Neq; ui tanta quiſquam eſt,neq; tam abundans fortunis ferox·Mar·Tul·epiſtola ad Cæſarem lib·i·Itaq; uereor,ne feroci orationem faciant tutam præclara iudicia telo·Ferox ſignificat cordatus,uel facetus·Plautus milite glorioſo·Nã tu, quamuis potis ſis facere,ut fluat facetijs·& quia tecum eram propterea animo eram ferocior.

Fama eſt opinio ſecundum conſuetudinem·Virgilius æn·li·iij·Fama uolat,pulſum regnis ceſſiſſe paternis Idomenea ducem·Fama ſpes profuturi numinis·Virgil·æneidos libro quarto·Nos munera templis quippe tuis ferimus,famamq; fouemus inanem.

Famoſum infamem·Cicero de orat·lib·ij·Non pol inquit audeo,nam me ad famoſas uetuit mater accedere.

Fama eſt rurſus infamia·Virgil·æn·lib·iiij·Neq; enim ſpecie,famaue mouetur·Vnde & famoſum dictum infame·Teren·adelphis·Maledicta fama meum amorem,& peccatum in ſe tranſtulit·Plautus aſinaria·Qui etiam me miſerum famoſum facit flagitijs ſuis·Lucilius ſatyrarum lib·xi·Quintus optimus ille iugurthini pater huius,& formoſus homo fuit,& famoſus,uerumq; primo adoleſcens poſterius darectius ſeſe·Turpilius pedio·Quæſo omittite,ac deſerite hãc meretricem,quæ te ſemel nacta eſt·ſemper ſtuduit perdere,detegere,deſpoliare,opplereq; adeo fama,ac flagitijs·Mar·Tul,de repu·libro quarto·Atq; etiã ſiqua erat famoſa ei cognatio,oſculum non ferebãt·Salluſtius Iugurtha·Is poſtquam largitionem famoſam impudentemq;·Næuius,de ſubito famam tollunt,ſiquam ſolam uidemus in uia·

Fortis eſt celer·Lucretius libro tertio·Aut quid nam tremulis facere artubus hædi Conſimili in curſu poſſint,ac fortis equi uis·Virgi·libro·xi·Quid tam egregium,ſi fœmina forti fidis equo?Fortis rurſum formoſa·Plautus milite·& quid fortis uiſa eſt·Fortis etiam diues·Plautus trinummo·Eum ſororem deſpõdiſſe ſuam in tam fortem familiam,ideſt diuitem,& copioſam·Afranius fratris,formoſa uirgo eſt,dotis dimidium uocant iſti,qui dotes negligunt uxorias·præterea fortis. Lucilius lib·xxx·Omnes formoſi fortes tibi ergo improbus eſto·Fortis magnarum uirium·Virgilius æneidos libro primo·Fortemq; Cloanthum.

Faceſſere eſt facere·Ennius annali·lib·i·Hæc effatus,ibiq; latrones dicta faceſſunt·Afranius imis·Multa,atq; moleſta potiri ut dicta faceſſes·Virgil·æn·libro quarto·Imperio læti parent, ac iuſſa faceſſunt·Faceſſere ſignificat recedere·Ennius eumenidibus·dico uiciſſe oreſtem uos ab hoc faceſſite·Titinnius gemina·At aliquis ueſtrorum nuntiet geminæ,ut reo ſuas procuret,ædibus faceſſat·Pacuuius teucro·Te repudio,nec recipio naturam dico faceſſi·Item faceſſite hinc omnes,parumper tu mane·Cicero de legibus lib·i·Pauliſper faceſſant rogemus·Afranius liberto·Nolo hic te uideat,dominus eſt, puer faceſſe hinc·Plautus rudente·Siquidem ſis pudicus,hinc faceſſas·Mar·Tul in Hortenſio·Faceſſant igitur omnes,qui docere nihil poſſunt,quo melius,ſapientiuſq; uiuamus.

Fatiſcere eſt aperire,rurſum deficere·Accius epinauſimache·Tamen ante fatiſcar,qui tuam implorem fidem·Pacuuius duloreſte,Vt ſi ita ſunt promerita ueſtra æquiparare ut queam,uereor niſi nunquam fatiſcar facere,quod qui boni.

Ferus ſignificat ſeuerus·Virgili·æn·libro·ij·Ferus omnia Iuppiter argos tranſtulit·ferus ſignificat equum non ſolum fictum ſed etiam uerum·Idem eodem·Inq; feri curuam compagibus aluum contorſit·Accius Medea·

Perite in ſtabulis frenos immittentes feris. Ferus, item ſignificat Ceruum. Virgil. æn. lib. viij. Pectebatq; ferum, puroq; in fonte lauabat. Fugæ ſignificatur citus curſus. Virgilius æn. li. i. uel qualis equos Threiſſa fatigat Harpalice, uolucrēq; fuga præuertitur hebrum. Fuga item uolatum ſignificat. Virgilius libro tertio. Celeriq; fuga ſub ſydera lapſæ Semeſam prædam, & ueſtigia fœda relinquunt. Fuga item dicitur nauigatio. Accius Thelepho. Remisq; nixi properiter nauem in fugam tranſeunt. Virgilius æneidos libro quinto.

Ipſæ iam matres, ipſæ, quibus aſpera quondam
Viſa maris facies, & non tolerabile numen.
Ire uolunt, omnemq; fugæ perferre laborem.

Idem libro quarto. Non fugis hinc præceps, dum præcipitare poteſtas. Idem libro tertio. Tendunt uela noti, fugimus ſpumātibus undis. Plautus Aſinaria. Remigio, ueloq; quantum poteſ feſtina, & fuge. Fuga uehemens afflatus. Virgil. geor. libro tertio. Ille uolat ſimul arua fuga, ſimul æquora uerrens.

Frigit correpta prima ſyllaba ſignificat erigit. Accius meleagro. Frigit fricantem corpus aerium occulte abſtruſo in flumine. Idem eadem. Frigit æſtas rubore ex oculis fulgens flammeo. Frigere et friguttire eſt cum ſono ſubſilire. Plautus caſſina. Nam quid friguttis? Nam quid iſtuc tam cupide petis? Afranius priuigno. Occaſione certa mulier inuolat in collum, plorat, orat, occurrit nepos pauſillus, neptis porrò de lecto frigit.

Fingere eſt iungere. Lucilius lib. ix. Eodem poculo bibo, eodem amplector labra labellis fingens compono. Fingere componere Virg. geor. li. ij. Perſequitur uitem attondens, fingitq; putando. Mar. Tul. de finibus bonorum, & malorum lib. V. Vt aliam in primo ortu perficere, alia progrediente ætate fingere. Lucilius lib. xxvij. Item populis ſalute, & fictis uerſibus quibus poteſt, impertit. Mar. Tul. de offic. libro tertio. Fictam, & commentitiam fabulam prolatam dicunt à Platone. Fingere parare. Lucilius lib. xxviij. Sed fuga fingitur, timido uadit pede percitus. Varro, Cato, uel de liberis educandis. Magnum eſt enim, ut Ariſton ſcribit in primordio puerili quemadmodum incipiat fingat id quaſi euadat. Fingere effigiare, uel formare, & facere. Mar. Tul. de repu. libro quarto. Ego uero eodem, quo ille Homerum redimitum coronis, & delibutum unguentis emittit ex ea urbe, quam ſibi ipſe fingit. Idem de deorum natura libro ſecundo. Deinde in ore ſit aliena lingua finita dentibus, & uocem immoderate profuſam fingit, & terminat. Virgi. æn. libro ſecundo. Nec ſi miſerum fortuna Sinonem Finxit, uanum etiam, mendacemq; improba finget. Mar. Tul. de officijs libro ſecundo. Virum bonum fingimus de eius liberatione, et conſultatione qui primus. Salluſtius Catilinæ bello. quæ natura prona atq; uentri obedientia finxit. Plautus Aſinaria. Nam neq; fictum uſquam eſt, neq; pictum, neque ſcriptum in poematis. Varro ταφῆ μενίππου. Vt hirundines figulis oblitis luto tegulas fingebant. Fingere ſimulare mendaciū. Afranius fratris. Nunc uide, hoc quo pacto eo aurum in medium proferam, tu caſtalia cogita, tu finge, fabricare, uti libet. Virgilius geor. lib. ij. Non hic te carmine ficto, Atq; per ambages Teren. andria. Et fingunt quandam inter ſe nunc fallaciam. Virgilius libro. xi. Vel cum ſe pauidum contra mea iurgia fingit Artificis ſcelus. Mar. Tul. de finibus bonorum, & malorū lib. V. Talibus exemplis non fictæ ſolum fabulæ, ſed etiam hiſtoriæ refertæ. Facinus factum. Salluſtius Catilinæ bello. Qui aliquo negotio intenti præclari facinoris, aut bonæ artis famam quærit. Teren. heauton. Non fit ſine periculo facinus magnum, & memorabile. Mar. Tul. de officijs libro tertio. Promiſſum potius non faciendum, quàm tetrum facinus eſſe. ad quod ſuſcipiendum non libido uoluptatis impelleret. et de ſenectute. Nullum deniq; ſcelus, nullum malum eſſe facinus. Facinus rurſum ſcelus. Plautus aulul. hoc eſt ſerui facinus. Salluſtius Catilinæ bello. Sed in ea coniuratione fuit Quintus Curtius natus haud obſcuro loco, flagitijs, atq; facinoribus coopertus. Mar. Tul. de offic. libro tertio. Ad hoc nulla fraus aberit, nullum facinus. Furtum eſt occulta ſubreptio. Virgi. geor. libro tertio. Vulcani, Martisq; dolos, & dulcia furta. Furtum inſidiæ. Salluſtius libro primo. illò profectus uicos, caſtellaq; incendere, & fuga cultorum deſerta igni uaſtare, neq; elata, aut ſecuriſſimus metu gentis ad furta belli peridonea. Virgilius æneidos libro undecimo.

Furta paro belli conuexo in tramite ſyluæ,
Vt Bitias armato obſidat milite fauces.

Fures etiam ſerui dicti ſunt. Virg. bucolicis. Quid domini faciant, audent cum talia fures? Fiducia confidentia. Virgl. æn. lib. ix. Cernis quæ Rutulos habeat fiducia rerum. Fiducia eſt audacia. Salluſtius libro ſecundo. Ita fiducia, quam argumentis purgatiores dimittunt. Fatigare cohibere comprimere. Mar. Tul. de offic. lib. iij. Qui non uerbis ſunt, & diſputatione philoſophorum, ſed uinculis, & carcere fatigandi. Fatigare, commouere, perturbare. Virgilius æn. lib. i. Quæ mare nunc, terrasq; metu, cœlumq; fatigat. Frigoris quæ ſit ſignificatio manifeſtum eſt. Virg. geor. lib. i. Frigusq;, calorēq; inter. et Lucretius. Frigus ut à fluuijs, calor ab ſole, æſtus ab undis Aequoris. Frigus metus. Virgilius ænei. libro primo. Extemplo Aeneæ ſoluuntur frigore membra. Frigus aeris natura. Virgil. geor. lib. ij. At ſceleratum exquirere frigus difficile eſt. Frigidum Venenatum. Virgilius bucolicis. Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis. Frigidus mortuus. Virgil. æn. libro. ix. Voluitur ille uomens calidum de pectore flumen Frigidus. Frigidum ſegne imbecille. Virgilius libro undecimo. Largus opum, & lingua melior, ſed frigida bello Dextera.

Ferire uſu ſignificat percutere. Virgilius bucolicis. Cornu ferit ille caueto. Mar. Tul. de ſupplicijs. Feriuntur ſecuri, Lætaris tu in omnium gemitu, & triumphas. Ferire ſancire, firmare. Virgilius æn. li. x. Haud mora Tarcon iūgit opes, fœdusq; ferit. Fouere eſt nutrire, prouehere. Virgilius geor. lib. iiij. Hinc neſcio qua dulcedine læti, Progeniem, nidosq; fouent. & æneidos lib. i. iam tum tenditq;, fouetq;. Lucilius lib. xxix. Ventrem alienum tum fouere ex molito ordeo, uti cataplaſmo. Fouere aſpergere. Virg. lib. xij. Fouit ea uulnus lympha longæuus Iapix. Fouere conſtituere. Virgilius geor. lib. iiij. ſub terra fouere larem. Virgilius lib. i. Et interdum gremio fouet inſcia Dido, Inſideat quantus miſeræ deus. Fouere tueri. Virgil. æneidos libro nono. Non obuia ferre arma uiros, ſed caſtra fouere. Fœtum ſignificat plenum. Virgil. æn. lib. i. Loca fœta furentibus auſtris. & lib. ij. ſcandit equus fatalis machina muros fœta armis. Varro γνῶθι σεαυτόν. Non uidetis unus, & paruulus amor ardi fœta lāpade. Fœtum onere leuatum. Virgilius libro nono. Fecerat & uiridi fœtum mauortis in antro. & geor. lib. iij. Nec tibi fœtæ more patrum niuea implebunt mulctaria uaccæ. Varro de uita populi Romani. libro. ij. Menſæ anteponebantur cum culina ac uno, in quo quæ ueniebant ad fœtum amicæ gratulatum, dis mactabant.

Faſces quam habeant ſignificationem, manifeſtum eſt. Virgil. geor. li. ij. Illum non populi faſces, nō purpura regum Flexit. Faſcem conſulem poſuit. Virg. geor. lib. iij. Iniuſto ſub faſce uiam dum carpit. Faſcem onus. Idem bucolicis. Ego te hoc faſce leuabo. Idem geor. li. iij. Vltroq; animas ſub faſce dedere.

Fundere eſt liquorem defundere. Virg. geor. li. iij. Hic duo rite mero libans carcheſia baccho Fundit humi. Fundere proſternere, iacere. Virgil. æn. lib. i. Quàm ſeptem ingentia ui-

ctor Corpora fundat humi. Et æn. lib. ij. Fuſus ſine mente, ſine ullo ſubiacerent. Mar. Tul. philip. lib. i. Sceleratiſſimorum hoſtium exercitum fuſum, cæſumq́; cognoui. Fundere dare. Virgilius bucolicis. Ipſa tibi blandos fundent cunabula flores. Cicero Thuſc. libro. V. Vt aut flores, aut fruges fundant, aut baccas. Fundere dicere. Virgilius æn libro. iij. Talia fundebat lacrymans. Plautus Aſinaria. Næ ille ecaſtor funerato fundit. Fundere fugare. Virgil. æn. libro ſecundo.

Illi etiam, ſiquos obſcura nocte per umbram
Fudimus inſidijs, totaq́; agitauimus urbe.

Apparent. Fundere demittere. Virg. geor. li. iij. Ruuntq́; effuſi carcere currus. & lib. x. Criſtiſq́; à uertice flamma funditur. Filum oris liniamentum lib. xxix. Surge mulier, ducito filum non malum. Filum dicitur ducta res quæq; ad tenuitatem. Virgilius libro. x. Extremaq́; Lauſo Parcæ fila legunt. Flagitium periculum. Lucilius lib. xxix. Quiete poſcente minus, & præbent rectius multo, & ſine flagitio. Flagitium ueteres uitium, quod uirgini inſertur, dici uoluerũt. Fides quid ſit manifeſtum eſt. ut Virgil. æn. lib. i. Cana fides, & Veſta. ut plerunq; fides cordæ appellãtur. Marcus Tul. in Hortenſio. Ponendæ ſunt fides, & tibiæ. & Virgilius lib. vi. Threicia fretus cithara, fidibuſq́; canoris. Facere apertam habet ſignificantiam. Facere rem diuinam religionibus exhibere. Plautus aulul. mulſi congialem plenam tibi fideliã. Virgilius bucolicis. Cum faciam uitulam pro frugibus, ipſe uenito.

G

GRAVE Grauidum. Virgil. æn. lib. primo. Donec Regina ſacerdos Marte grauis. Graue plenum. Virgilius bucolicis. Non inſueta graues tentabunt pabula fœtas. Et geor. lib. iij. & grauido ſuperant uix ubere limen et æn. lib. i. Tunc pietate grauem, ac meritis. Graue fœcundum, ac frugiferum. Virgil. georgi. lib. ij. Quid labor, aut benefacta iuuant? quid uomere terras Inuertiſſe graueis? Graue ſecũdũ conſuetudinem ponderoſum. Virgilius geor. lib. i. Vomis, & inflexi primum graue robur aratri. Ter. heauton. Hui tam graueis hos quæſo. Mar. Tul. de offic. lib. i. Aut certe omni pondere grauior habenda eſt. Graue amarum. Varro quinquatribus. Abſinthium uti bibam grauem, & caſtorem, leueq; robur. Graue multum ualde ſignificare ueteres probant. Titinnius pſaltria. Grauiq; obſonio cõminas. Nam & grauiter multum intelligitur. Cæcilius Plotio. Placere hoc cœpit grauiter, poſtquam eſt mortua. Accius deiphobo. Aut infando homine gnatula erat aut arena ſi ex ſole qui neq; amico amicus unquam grauis, neq; hoſti hoſtis fuit. Salluſtius hiſtoriarum lib. iij. Nanq; his præter ſolita uitioſis magiſtratibus cum per omnem prouinciam in fœcũditate bienni proximi graue pretiũ fructibus eſſet. Mar. Tul. de offic. lib. i. Nec uero audiendi, grauiter qui inimicis iraſcendum putant. Lucretius lib. i. Humana ante oculos fœde cum uita iaceret in terris oppreſſa graui ſub relligione. Varro γέροντος διδασκάλου. Vbi graues paſcantur, atq; alantur pauonum greges. Graue grandæuũ. Virgil. lib. V. Hic grauis Entellum dictis caſtigat Aceſtes. Graue moleſtum. Mar. Tul. de ſenectute. Quod nunquam ſenectutẽ tibi grauem eſſe ſenſerim, In eodem, Facilius morbos incidunt, adoleſcentes grauius ægrotant, triſtius curantur. Salluſtius libro ſecundo. & continetur grauis. Graue nocens. Virg. geor. libro quarto. Galbaneoq́; agitare graui. Mar. Tul. de officijs libro tertio. Magnum illi bellum perfugam hominum, et grauem aduerſarium imperij ſuſtuliſſet. Graue triſte. Accius erigona. Sed ubi in finem uentum eſt, in quo illum fors expectabat loco, ad quem Oreſtes grauis ſacerdos ferro prompto adſtitueret. Virgilius lib. xij. Grauior ne nuntius aureis uulneret. Graue forte. Virgilius libro. xij. Ferit enſe grauem Tymbræus Oſyrim. Graue utile. Mar. Tul. de offic. lib. i. Vt iam ſint alia grauiora, atq; meliora, tamen nos ſtudia noſtra regula metimur. Graue ſolidum, & firmum. Accius Adamante. Veneficijs, & egreſia hoſtium deperiſti, & graue. Idem uicta graſia. Id quod facis gratum, & graue eſt. Marcus Tul. in Hortenſio. Vnde ad agendum, aut ad dicendum copia depromi maior grauiſſimorum exemplorum, quaſi incorruptorum teſtimoniorum poteſt. Graue ſapiens cum authoritate. Mar. Tul. de offic. lib. i. Quæ grauis & fortis, ciuis & in repu. dignus principatu, fugiet, atque oderit. & in Hortenſio. Quid enim aut Herodoto dulcius, aut Thucydide grauius? Graue neceſſarium. Lucilius libro. xxix. Habeaſq́; animo mihi admodum cauſam grauem fore, quæ me ab ullo commodo abducat tuo. Graſſari dicitur ſupra modum ſæuire. Graſſari etiam dicimus ambulare. Titinnius ueliterna. Vnde Thenſam, atq; mulos ſine eam pedibus graſſari cum fingere eius ſuperbiam. Næuius pedio. Certamus ſi me diploidi à recta graſſatur uia. Idem pedio. Nunc me res ipſa reprimit ſæpe hæc eadem graſſatus uia. Salluſtius Iugurtha. Qui ubi ad gloriam uirtutis uia graſſatur. Afranius excepto. Conſimili graſſantur uia, à quibus hic eſt omnis cultus. Garulæ dicuntur aues canoræ, & hilares. Virgilius geor. lib. iiij. Garula quam tignis nidum ſuſpendit hirundo. Garulus eſt rurſum cordatus. Varro periplus lib. i. In hac ciuitate tum regnabat Dionyſius homo garulus, & acer. Gemini dicuntur ex uno utero, & uno die editi. Virgilius libro. ix. Geminos huic ubere circum ludere pendẽteis pueros. Geminum rurſum ſimile. Pacuuius Hermiona. Par fortitudo, gemina confidentia. Geminæ duæ. Virgilius libro ſexto. Sunt geminæ ſomni portæ, quarum altera fertur cornea. Gerere habere. Virgil. æn. lib. ij. Et nos aliquod nomenq́;, decuſq́; geſſimus. Gerere ferre. Virg. lib. vij. Bella manu, letumq́; gero. & idem eodem, leuaq́; ancile gerebat. Gerere facere. Virgilius libro nono. Nec tecum talia geſſi Magnanimum Aeneam, & fata extrema ſecutus.

Gradus conſuetudine ſunt, per quos ad altiora domorum, & ædificiorum omnium ſcanditur. Virgilius æneidos libro. i. Aerea cui gradibus ſurgebant limina. Gradus pedum gradientium uiciſſitudo. Virgilius geor. libro tertio. Gradibuſq́; ſonare compoſitis. Gradus firmitas ſtandi. Marcus Tullius de officijs libro primo. Nec tumultuantem de gradu deijciunt. Geſtire cupere. Lucilius lib. xxx. Quanto haurire animus muſarum è fontibus geſtit. Geſtire lætum eſſe. Virgilius geor. li. i. Et ſtudio incaſſum uideas geſtire lauandi.

H

HERBA Eſt uiride pecorum pabulum. Virgilius geor. libro. i. Et ſulcis frumenti quæreret herbam. Herbam ueteres palmam, uel uictoriam dici uolunt. Virgilius geor. libro tertio. Atq; immemor herbæ uictor equus. Accius meleagro. Gaudent, currunt, celebrant herbam conferunt. donãt tenent pro ſe quiſq; cum corona clarum conſtat caput. Afranius excepto. Fit opus luculentum, hoc dica herbam det.

Habere ſatis eſſe. Virgilius lib. xij Hoc habet hæc melior magnis data uictima diuis. Habere planum eſt quid ſignificet. ut Virg. æn. lib. iiij. Habeat ſecum, ſeruetq́; ſepulchro. Terẽ. andria. quod habui ſummum pretiũ perſolui tibi. Habere tenere

occupare. Virgilius æneidos libro ſecundo. Hoſtis habet muros. Lucilius libro. xxix. Hoc tum ille habebat, & fere omnẽ Appuliam. Plautus aulularia. Poſtremo hunc iam perſcrutaui nihil habet. Terentius andria. Certe captus eſt, habet. Habere rurſus habitare. Salluſtius Catilinæ bello. Credo falſa exiſtimans ea, quæ de inferis memorantur, diuerſo itinere malos à bonis loca tetra inculta, fœda, atq; formidoloſa habere. Virgilius æneidos. libro ſeptimo. Quæ loca, qui'ue habeant homines. Afranius excepto. Vbi hic me ſcis quæſo habet meretrix neapolitis. Accius Philoctete. Vbi habet urbem agro'ne. Plautus aulularia. Patri auo'ue huius, qui nunc hic habet. Habere Terẽtius eunucho. Labore alieno magnam partum gloriam uerbis in ſe tranſmouet, qui habet ſalem, quod in te eſt. Habere facere ſæpe. Varro taphemenippo. ſaltem infernus tenebroſus κακοδαίμονας tenet. Atq; habet homines ſolicitos, quod cum peius formidant, quàm ſullo ulula. Marcus Tullius de repu. libro tertio. Nam cum quæreretur ex eo, quo ſcelere ĩpulſum mare haberet ĩfeſtum uno mioparone, eodem (inquit) quo tu orbem terræ. Habere audire. Lucilius libro. xxix. Habes omnem rem, timeo ne accuſer. Terentius heuton. Habes omnem rem, pergam, quò cœpi, hoc iter. Habere dirigere. Lucilius libro. xxix. Huc aliò cum iter haberet præteriens uenit.

Habitare eſt inhabitare, habere, uti. Varro ſermone latino libro tertio. Vtrunq; mulieres, & epicro cum uiri quoq; habitarunt. Idem rerum diuinarum libro. xvi. hoc nomine antiquos ſecundis rebus Cumas habitaſſe. Hiare eſt aperire. Salluſtius hiſt. libro quarto. Atq; hiauit humus multa uaſta, & profunda. Hiare mirari, ſtupere. Virgilius geor. libro ſecundo. Hunc plauſus hiantem per cuneos geminatus enim plebiſq;, patrumq;. Et æneidos libro ſexto. Incertus clamor fruſtratur hianteis. Varro marcipore, quicquid euidenter circunſtant nõ rident, credo ridere hianteis, uideo hianteis, nõ audio. Horrendum ſignificat uitabile, & terribile. Virgilius libro ſexto. Horrendas canit ambages, antroq; remugit. Horrendum nouum, & admirandum. Virgilius æneidos libro tertio. Horrendum dictu uideo mirabile monſtrum. Idem libro octauo. Naſcenti cui treis animas feronia mater (Horrendum dictu) dederat. Horrendum ridiculum. Virgilius geor. libro ſecundo. Oraq; corticibus ſumunt horrenda cauatis.

Haurire ſignificat exhaurire, uel implere. Lucretius libro quarto. Iuuat integros, & cædere fonteis, atq; haurire. Lucilius libro. xxx. Quantum haurire animus muſarum & fortia geſtit. Haurire auare ſumere. Cicero thuſcula. libro quarto. Cum inexplebili cupiditate, quo fluentius uoluptates undiq; hauriret, eo grauius, ardentiusq; ſitientem. Virgilius libro primo. Ille impiger hauſit ſpumantem pateram, & pleno ſe proluit auro. Haurire defatigare. Virgilius geor. libro tertio. Exultantiaq; haurit corda pauor pulſans. Haurire confodere. Virgilius libro decimo. Per tunicam ſqualentem auro latus haurit apertum. Haurire accipere, uel audire. Virgilius libro duodecimo. Haud hæc mollia fatu ſublatis aperire dolis, ſimul hæc animo hauri. Et libro quarto. Vocemq; his auribus hauſi. Haurire tenere. Virgilius geor. libro quarto. Et mediũ ſol igneus orbem hauſerat. Honor eſt dignitas. Marcus Tullius epiſtolarũ ad Cæſarem libro primo. Tu cum ea, quæ es ab ſenatu ſummo cum honore cõſecutus. Honor gratia & pulchritudo. Virgilius geor. libro ſecundo. Frigidus & ſyluis aquilo decuſſit honorem. Et libro primo. Lumenq; iuuentæ Purpureum, & lætos oculis afflarat honores. Honor ſubſtantia, delectatio. Virgilius geor. libro quarto. En etiam hunc ipſum uitæ mortalis honorẽ. Quem mihi uix. Honor cultura obſeruantia. Virgilius ænei. libro octauo. Semper honore meo, ſemper celebrabere donis. Honor integritas. pudicitia. Virgilius æne. libro primo. Et rapti Ganymedis honores. Honor ſacrificium, litatio. Virgilius libro octauo. Forte die ſolẽne illo rex Arcas honorẽ Amphitryoniadæ magno, diuiſq; ferebat. Plautus aulularia. Et quidem maiorem filium mihi honorem habere, quàm eius habuiſſet pater. Honos dilectus amor. Virgilius libro. duodecimo. Per ſiqs amatæ tangit honos animum. Honor hoſtia. Virgilius æn. libro tertio. Meritos aris mactabat honores. Honor præmium. Virgilius libro quito. Ipſis præcipue ductoribus addit honores. Lucilius libro. xxx. Cuius cũ uultu, ac facie ludo, ac ſermonibus noſtris, uirginis hoc pretium, atq; hũc reddamus honorem. Honor ſepultura. Virgilius libro ſexto. Cernit ibi mœſtos, & mortis honore carẽtes. Lucilius libro. xxvij. Nullo honore diſpletu, nullo funere.

## I

INuitare apertam habet ſignificantiã. Virgilius libro quinto. Celeri certare ſagitta ĩuitant, qui forte uelint, & præmia ponit. Terentius heaut. Quàm uellem Menedemum inuitatum nobiſcum eſſet amplius. M. Tul. in Verrem actione. ij. Rogat rubrium, ut quos ei cõmodũ ſiet, inuitet. Lucil. li. xxx. Contra hæc inuitaſſe, aut inſtigaſſe uidentur. M. Tul. de ſenectute. Ad quẽ fruendũ non modo non retardat, uerũ etiã ĩuitat, atq; allectat ſenectus. Inuitari eſt delectari. Virg. geor. li. i. Inuitat genialis hyems, curaſq; reſoluit. Turpil. traſyleone. Honera, menſam, talos, uinũ in hæc huiuſmodi, qbus rebus uitã amat tum inuitari ſolem. Idẽ philopatro. Locus ipſe ĩuitat hercle hic Veneris. M. Tul. in hortenſio. Voluptates autẽ nulla ad res neceſſarias ĩuitamẽta afferũt ſenibus. Idẽ de repu. Idq; ipſa natura nõ ĩuitaret ſolũ, ſed etiã cogeret. Inuitare ſignificat repleri. Plau. amphy. Mirũ ſi inuitauit ſeſe in cœna pluſculũ. Lucil. pulchre inuitati, acceptiq; benigne. Turpilius epiclero. Non ĩuitat pluſculũ hic ſeſe, ut ſolet. Idem Leucadia. Inuitauit pluſculum hic ſeſe in prandio. Sall. hiſt. li. iij. Et uerſi poſtero die, multoq; properantes deſeruerant in caſtris nacti cum ſe ibi cibo, uinoq; læti inuitarent. Lucil. li. xxx. Cito enim bene longinquum mortalibus morbum in uino eſſe, ubi qui inuitauit dapſilius ſe. Varro ſeſquiulyſſe, ipſum audi uino inuitati poculis large atq; benigne. Iuxta eſt proxime. Virg. æn. li. iij. Humilis uolat æquora iuxta. Iuxta eſt coniunctim. Varro de uita popu. Ro. li. i. Cum interea lucubrando faceret iuxta ancillas lanã. Iuxta rurſum ſimiliter. Sall. iugurthæ bello. Hyemẽ, atq; æſtatem iuxta pati. Plau. trinumo. Iuxtaq; eam curo cum mea. Varro ταξίῳ τάττω περὶ ἐγκωμίων. Qui poteſt laus uideri uerſa cum motus ſæpe furaces eſſemus, atq; nequiſſimus ibis iuxta, ac. P. Africanus. Plautus aulul. Dixi tibi mater iuxta me cum rem tenes. Inſolens impudens, & audax dicitur conſuetudine. M. Tul. ad Cæſarem iuniorem li. ij. Inſolens, arrogans, iactans. Idẽ de ſenectute. Nec certe uerendũ ne uera prædicãs de ſe nimis uideatur, aut inſolens, aut loquax. Inſolens rurſum nõ ſolens. Ter. andria. Quid tu athenas ĩſolens? Pacu. atalanta. Quæ ægritudo inſolens mentem attentat tuam? Turpilius demetrio. Timere occœpit interdum oſcitarier ineptus. Quid mihi uellem ex inſolentia neſciebam. Idem Leucadia. Quem olim oderat, ſectatur ultro, ac detinet. Ille inſolens, aut faſtidiat carnifex. Actius Diomede. Ita è fletu, & tenebris obſtinatus ſpecẽ amiſſi luminis conſpiciunt inſolentiam. Salluſtius Catilina.

Quæ tam & ſi animus aſpernabatur inſolens malarum artium. Cicero orat. Sed mehercule iſtius diſputationis inſolentia, atq; earum rerum, quæ quaſi in arte traduntur inſcitia.

Ingenium eſt naturalis ſapientia. Salluſtius Catilinæ bello. Ingenium nemo ſine corpore exercebat. Ingenium ueteres dixerunt & ſua ſponte, uel natura. Næuius lycurgo. Vos qui regaleis corporis cuſtodias agitis, ite actutum in frondiferos lucos ingenium arbuſta uineta ſunt non obſcuritas. Salluſtius hiſtoriarum libro tertio. Caſtris'q; collatis pugna tamen ingenio loci prohibebatur. Virgilius geor. libro ſecundo. Nunc locus aruorum ingenijs quæ robora, cuiq; Quis color. Immane ſignificat ingens. Virgilius libro ſexto. Poſuit'q; immania templa. Immane fœdum. Accius andromeda. Immane te habet templum obuallatum oſſibus. Immane rurſum minime bonum, & nocens. Accius Medea. Prima ex immani uictum ad manſuetum applicans. Virgilius geor. libro quarto. Immane ante pedes hydrum moritura puella. Accius philocteta. Phrygiam minorem eſſe immanem Græciam. Marcus Tullius de repu. libro quarto. Quid Pericta ſenſit, ut loquitur, eſt homo impurus, ſin aliter, quod malo, oratio eſt tamen immanis. Idem de officijs. libro primo. Quo deteſtabilior eorum immanitas, qui & lacerauerunt omni ſcelere patriam. Virgilius æneidos libro primo. Pygmalion ſcelere ante alios immanior omneis. Varro Meleagro. Adde hydram Lernæam, & Draconem heſperidum, quod beſtiæ fuerunt immanes. Inteſtatus eſt qui ſine teſtamento perit. Inteſtatus eſt rurſum, cuius uerbis fides non habetur. Pomponius pictoribus. Ipſus cum uno ſeruo ſenex inteſtato proficiſcitur. Inuadere eſt appetenter incipere. Virgilius libro duodecimo. Aut pugnam, aut aliquid iandudum inuadere magnum. Lucilius libro. xxx. Vt ſemel in Cœli pugnas inuadere uidi. Inuadere rurſum quaſi in uadum ruere. Accius adamante, ut profugiens hoſtem, inimici inuadam in manus. Iubere eſt cogere aliquid ut fiat. Virgilius libro undecimo. Ac Niſum dicere iuſſit. Iubere eſt uelle. Lucilius ſatyrarum. libro ſexto. Saluere iubere. Iubere, ſalutem mittere amico. Terentius andria. Iubeo Chremetem. Virgilius æneidos. libro tertio. Sed uotis, precibus'q; iubent expoſcere pacem. Impurus eſt aliquo uitio maculatus. Marcus Tullius in Verrem actione. ij. Quàm multis illum ingenuis, quàm multis matribus familias in illa terra, atq; impura legatione uim attuliſſe exiſtimatis? Lucilius libro uigeſimo ſexto. Coniugem, infidam'q; flaccam familiam. Impuram domum. Impurus improbus. Marcus Tullius de repu. libro quarto. Sed menti utiq; noſtræ minime audiendus. Quippe ſi ita ſenſit, ut loquitur, eſt homo Impurus. Terentius eunucho. Mei loci, atq; mei ordinis hominem haud impurum. Imbuere eſt initiare. Varro ephebo περὶ ἐμμονῆς. Quid te facere oportet literis imbutum ſolis Mineruæ. Marcus Tullius de officijs libro primo, pleriq; autem parentum præceptis imbuti ad eorum cōſuetudinem, more'q; deducimur. Virgilius libro ſeptimo. Promiſſi dea facta potens, ubi ſanguine bellum imbuit. Imbuere eſt inficere. Accius philocteta. Cum ex uiperino morſu bene uiſcerum ueneno imbuta eſt. & ero cruciatus ſciens hoc indoctis intellectibus haberemus. Cicero de finibus bonorum, & malorum. Accidit mors, quæ quaſi ſaxum Tantalo ſemper impendet. Tum qui eſt imbutus quietus eſſe nunquam poteſt. Ilico ſignificat ſtatim mox. Pacuuius Medo. Repudio auſpicium regrediundum eſt ilico. Cæcilius notoni caſſione. Ilico ante hoſtium hic erimus. Ilico illò. Trpilius leucadia. Sed quàm longe eſt cum iſti ilico, ideſt in eo loco. Nouius belli pœnica libro ſexto. Septimumdecimum annum ilico ſedent. Accius euryſace. Ilico inquam habitat ouis, quàm propitius. Ennius hemina libro primo. Et eum quò irent, neſciebant, ilico manſerunt. Idem his perſuadetur ilico manerent, pars ilico manent. Cæcilius notoni caſſione, manete ilico. Ignoſcite eſt ueniam date. Virgilius geor. libro quarto. Ignoſcenda quidem, ſcirent ſi ignoſcere manes. Ignoſcite rurſum noſcite, uel diſcite. Varro κενοδοξία περὶ φθόνου, uos'q; in Theatro, qui uoluntatem auribus huc aucupatum concurriſtis domo, adeſte ideſt à me, quæ feram, ignoſcite, domum ut feratis è theatro literas.

Iter eſt uia. Virgilius libro ſexto. Hac iter elyſium nobis. Iter nauigatio. Terentius ecyra. Ain tu tibi hoc incommodum eueniſſe iter? Non hercle uerbis Parmeno dici poteſt tantum, quantum re ipſa nauigare incommodum eſt.

Innocentia eſt bonum, & nulli nocens. Virgilius æneidos libro tertio, Littus'q; rogimus innocuum. Innocens rurſus integer, & incorruptus. Salluſtius Iugurtha. Vbiq; Metellus agebat ex nuntijs acceptis. ſimul de innocentia eius certior Romæ factus, diffidere ſuis rebus, ac tum demum ueram deditionem facere conatus eſt. Indulgere augere. Lucilius libro uigeſimonono. Tu qui iram indulges nimis, manus abſtinere à muliĕre melius eſt. Indulgere ueniam dare. Virgilius libro decimo. Tolle fuga Turnum, atq; inſtantibus eripe fatis, Hàctenus indulſiſſe uacat. Indulgere dare, detinere. Virgilius æneidos libro quarto. Indulge hoſpitio, cauſas'q; innecte morandi. Et in eodem. Indulgent uino, & uertunt crateras ahenos. Indulgere, ſpatium maius dare. Virgilius georgicorum libro ſecundo. Sin tumulis accliue ſolum, colles'q; ſupini, Indulge ordinibus. Indulgere temperare clementem eſſe. Virgilius geor. libro ſecundo. Si non tanta quies iret, frigus'q;, calorem'q; inter & exaperet cœli indulgentia terras. Marcus Tullius de officijs libro tertio. Magnus uir in primis & qui perindulgens in patrem, idem acerbe ſeuerus in filium.

Inane uacuum ſine pondere. Virgilius geor. libro tertio. Atq; illis iam ſæpe rotæ ducantur ianes. Inane concauum. Virgilius libro quinto. Galeam ante pedes proiecit inanem. Inane uacuum, ſiue leue. Virgilius geor. libro quarto. Inſtabileis animos ludo prohibebis inani. Et æneidos libro quarto. Et inania murmura miſcent. Iacet ſignificantiam habet manifeſtam. Vt Virgilius bucolicis. Silenum pueri ſomno uidere iacentem. Et, ſtrata iacent paſſim ſua quæq; ſub arbore poma. Marcus Tullius de ſupplicijs in Verrem. Patris hi quos uidetis iacebant in limine. Iacet plenum eſt, oneratum. Virgilius Geor. libro tertio. Sed iacet aggeribus niueis informis & alto Terra gelu late. Iacet per plurimum porrigitur. Virgilius geor. libro tertio. Tantum campi iacet. Iacet ſordet nec lætus eſt. Lucilius libro. xxx. & ſua peracpere retro relicta iacere. Lucretius libro primo. Humana ante oculos cum uita iaceret in terris. Iacere ſignificat emittere. Vnde & iaculum. Virgilius libro quinto. Sublata'q; procul dextra cōnixa coruſcat, Et iacit. Marcus Tullius in Verrem de ſignis. In quem ſcyphum de manu iacere conatus eſt. Iacit habet, ponit. Virgilius Geor. libro quarto. Omnis in hanc certam regio iacit arte ſalutem. Marcus Tullius philippicarum libro primo. In quo templo quantum in me fuit, ieci fundamenta pacis. Iacit facit. Lucilius libro. xxyi. Aggere in iaciendo, ſiquo eſt uineis actis opus. Improbum ſicuti eſt manifeſtum, eſt minime probum. Cicero epiſtola ad Cæſarem libro primo. Debes odiſſe improbitatem eius, quia impudentiſſimum nomen delegerit. Improbum ſæuum Virg. li. x. Lauit improba teter ora cruor. Et geor. li. iij. Tum piſcibus atris. Improbus ingluuiem, ranis'q; loquacibus explet. Lucilius lib. xxx. Improbior multo,

multo, quàm de quo diximus ante. Quanto blandior, hoc tanto uehemētius mordet. Improbum turpe. Lucilius libro. xxx. Omnes formoſi fortes ergo improbus eſto.

Iactare eſt dimittere dependere. Virgilius libro ſeptimo. Et dextro iactata recumbit in armo. Iactare uoluere. Virgilius æneidos libro primo. Atq; illum talers iactātem pectore curas. Iactare plagis ſternere. Marcus Tullius in Verrem actione. ij. Iactatur domui ſuæ uir Primarius, & homo honeſtiſſimus pro ſe quisq; manus affert. Iactare fatigare. Virgilius æneidos lib. primo. Iactatos æquore toto Troas. Et iacteturq; odijs iunonis iniquæ. Iactare ambitioſius gloriari. Virgilius libro ſexto. Quē iuxta ſequitur iactantior ancus, nunc quoq; iam nimium gaudens popularibus auris. Idem libro decimo. Ecce paro uoces dum iactat inerters. Lucilius libro. xyiij. In re iactanda ipſa ridicula id atq; adſederet. Iactare iacta mittere. Virgilius æneidos libro tertio. Et flammas ac lumina iactant. Iactare excutere, cōmouere. Varro eudæmonibus. Tibi nunc ſemiuiui teretem comam uolantem iactant tibi galli.

Inuoluere ſignificat uolutum ſuperimponere. Virgilius geor. libro primo. Scilicet atq; oſſæ frondoſum inuoluere olympum. Inuoluere tegere. Virgilius æneidos libro ſecundo. Vertitur interea cœlum, & ruit oceano nox inuoluens umbra magna, terramq;, polumq;, Myrmidonumq; dolos. Inuoluere implicare. Marcus Tullius ad Cæſarem iuniorem libro primo. Sed quid uideret nomine pacis bellum inuolutum fore. Inuolutum, occupatum, comprehenſum. Varro ſexageſi. Adeſt fax inoluta incendij. Interpres dicitur obſcuri diſſertor. Virgilius æneidos libro tertio. Troiugena interpres diuûm. Interpres author. Virgilius æneidos libro quarto. Tuq; harum Interpres curarum & conſcia Iuno. Imponere ſignificat ſupraponere. Virgil. æneidos libro quarto. Vidit thu ricremis cum dona imponeret aris. Imponere dare. Virgilius æneidos libro quarto. Finemq; imponere curis. Intentum ſolicitum ſuſpenſum ſolicite, diligenter intuentem. Virgilius libro quinto. Intenti expectant ſignum. Intentum extenſum. Idem in eodem. Conſidunt tranſtris, intentaq; brachia remis. Intendere innectere illigare. Virgilius æneidos libro ſecundo. Et ſtupea uincula collo intendunt. M. Tul. in hortenſio. Quæro enim non quibus intendam rebus animum, ſed quibus relaxem. Idem de ſupplicijs. Tabernacula carbaſeis intenta uelis collocabat. Et de ſenectute. Intentum enim animum tanquam arcum habebat, nec languens ſuccumbebat ſenectuti.

Imago dicitur ſimilitudo. Virgilius æneidos libro ſecundo. Atq; ipſius umbra Creuſæ uiſa mihi ante oculos, & nota maior imago. Imago uagina. Virgilius libro ſeptimo. Curuā ſeruans ſub imagine falcem. Increpitat, & increpat paria ſunt. Et eſt aut incuſare, aut inſultare. Virg. geor. libro quarto. Aeſtatem increpitans ſeram. Et libro decimo. Hoſtis amare quid icrepitas, mortemq; minaris. Et libro nono. Quem Turnus pariter curſu, teloq; ſecutus Increpat his uictor. M. Tullius Hortenſio. Tum pſeudomenus & ſoritum, & totam dialecticam aut illudis, aut increpas. Increpare ſonare. Virgilius libro octauo. Iterum, atq; iterum fragor increpat ingens. Et libro nono. At tuba terribilem ſonitum procul ære canoro increpuit. Inuehi dicitur uehi. Virgilius libro quinto. Centauro inuehitur magna. Inuehi aggredi, increpare. M. Tullius ad Cæſarem iuniorem. libro tertio. Itaq; in eam palàm uehementer eſt inuectus. Immittere dimittere ad prolixitatem. Lucilius libro. xxx. Neq; barbam immiſeris iſtam. Virgilius æneidos libro tertio. Reſpicimus dira illuuies, immiſaq; barba. Inducere fingere immittere. M. Tullius de offi. libro tertio. Hinc ille gyges inducitur à Platone. Inducere perſuadere. Lucilius libro. xxyiij. Hymnis ego animum ſic induco, quod tu ab inſano auferas. Inducere inſtituere confirmare. Lucilius libro. xxyij. Aut quod animum induxit ſemel, & ut ille omnino putat. Induci delectari. Lucilius libro. xxyi. Veterem hiſtoriam inductus ſtudio ſcribis ad amores tuos. Induci eſt aliqbus fallacijs decipi. Lucilius libro. xxx. Quid quærimus acre inductum cantu cuſtoditum. Inſultare dicitur inſilire. Virgilius geor. libro tertio. Inſultare ſolo, & greſſus glomerare ſuperbos. Inſultare iniurioſius aliquid dicere. Lucilius libro. xxix. Inſulta miſerum te quoq; in me. Interficere occidere. Lucilius libro. xxix. Prius non tollas, quàm tuli animum ex nomine, atq; hominem ipſum interfeceris. M. Tullius de offi. libro tertio. Ab ijſdemq;, quæ nocent interficiuntur. Interficere perdere, concremare. Virgilius geor. libro quarto. Fer ſtabulis inimicum ignem, atq; interfice meſſes. Interficere cōſumere finire. Lucilius li. xxyiij. Piſcium magnā, atq; altilium uim interfeciſti, ut nego. Interpellare dicere ducere. Lucilius libro. xxyiij. Verum tu quid agis? interpella me, ut ſciam. Interpellare adire commouere. Ire eſt ambulare. Virgilius geor. libro tertio. It triſtis arator. Ire accumbere. Lucilius libro. xxyiij. Chremes i medium in ſummum ire addemenetus. Inſigne dicitur magnum, uel præſtans. Virgilius æneidos libro primo. Inſignem pietate uirum. Inſigne utile, neceſſarium. Lucilius. xxyij. Cocus non curat caudam iſignem eſſe illam, dum pinguis ſiet, ſic amici animum quærunt paraſiti, ac diuitias. Impedire eſt implicare inuoluere. Virgilius libro quinto. Haud aliter teucrûm nati ueſtigia curſu impediunt. Impedire ſordidare, ac probrum ducere. Plautus amph. Immo ego hunc thebani aues, q domi uxorem meam impudicitia impediuit.

# L

LEuum aduerſum. Virgilius bucolicis. Sæpe malum hoc nobis, ſi mens non leua fuiſſet. leua proſpera. Virgilius geor. libro quarto. Siquem numina leua ſinunt, auditq; uocatus Apollo. Lac ſuccus maternus, quo animalia nutriuntur. Virgilius bucolicis. Et lac ſubducitur agnis. Lactes dicuntur inteſtina. Titinnius pſaltria. Ferticula cerebellum lactes agninas. Plautus curculione. Ita cibi uacuitate uenio laſſis lactibus. Idem pſeudulo. Vna opera alligem fugitiuum canem agninis lactibus. Legere ſicut eſt in conſuetudine, ſignificat oculis ſcripta percurrere. Virgilius bucolicis. At ſimul heroum laudes, & facta parētis Iam legere. Legere accedere. Virgilius geor. libro ſecundo. Ades & primi lege littoris oram. Et æneidos libro undecimo. Implicuere inter ſe acies, legitq; uirum uir. Legere rurſum colligere. Titinnius ueliterna. Hodie hoſters fugiuit, ſpolia placide poſterius leget. Virgilius libro decimo. Extremaq; lauſo parcæ fila legunt. Et geor. libro primo. Atq; omnis nauitæ ponto humida uela legit. Cæcilius fallacia. Oſſiculatim Parmenonem de uia liceat legam. Varro uirgula diuina. Sed pancarpineo cibo coacto libamenta legens caducat uictus. Legere præterire Virgilio authore dicimus æneidos libro tertio. & libro quinto. Littoraq; Epeiri legimus. &, fractoſq; legunt in gurgite remos. Legere eſt nauigare, præſtringere. Virgilius æneidos libro ſecundo. Pars cætera pontum ponè legit. Legere etiam eligere dicitur. Idem Bucolicis. Ipſe ego cana legam tenera lanugine mala. Turpil. epiclero. Quoniā legere te optimū eſſe, atq; æqſſimū, qua cū ætas uegeta, & iubendū eſſe tibi. M. Tul. de offi. li. iij. Cætera

autem, quæ ſecundum naturam eſſe inuita legere, ſi ea uirtuti non repugnare diligentius intendentes inuenimus. Legere ſurripere ſignificat. Vnde & ſacrilegium dicitur, ideſt de ſacro furtum. Virgilius bucolicis. Nam quæ ſublegi tacitus tibi carmina nuper. Turpilius bœtuntibus. Qui uerba uenatur mea, peſtis ars cædat, & ſermonem hinc ſublegam. Lucilius libro.xxyiij. Omnia uiſcatis manibus leget. Plautus aulularia. Sed leno egredietur foras, hinc ex occulto ſermone ſatus ſublegam. Legere rurſum uidere hoc & aquilegi. Virgilius æneidos libro ſexto. Quin protinus omnem perlegerent oculis, ni iam præmiſſus Achates afforet. Et eodem. Longo ordine poſſent aduerſos legere. Luſtra dicuntur ferarum habitacula. Virgilius georgi. libro ſecundo. Non abſunt illic ſaltus, ac luſtra ferarum. Et æneidos libro tertio. Cum uitam in ſyluis iter deſerta ferarum, Luſtra, domoſq; traho. Luſtra etiã lupanaria dicuntur. Plautus aſinaria. Luſtris ſtudet. Idẽ Apud ſcortum corruptelæ, & liberis luſtris ſtudet. Turpilius limpidia. Quibus ſenem rebus deſpoliaſti fœdum, in luſtris latet. Afranius priuigno. Vxorem quærit firmamentum familiæ ſcias abeſſe ab ijs luſtris ingenium procul. Cicero philippicis libro ſecundo. Cum omnes impuritates impudica in domo quotidie ſuſceperis uino, luſtriſq; confectus. Linquere eſt dimittere. Virgilius æneidos libro tertio. Linquimus orthigiæ portus, pelagoq; uolamus. Et libro nono. Inq; ſalutatã linquo. Var. ταφῆ μενίππου. Ille nobiles quõdã canes hic liquit homines omnes in terra pila, ramis cum montibus liquitur defluit. Virgilius georgi. libro tertio. Idem æneidos libro tertio. Nam quæ prima ſolo ruptis radicibus arbos uellitur, huic atro liquuntur ſanguine guttæ. Limari exquirere, & delinire, ſecũdum conſuetudinẽ aliam dictum. Plautus menæchmis. Ianuã lima prætereunt. Idem bacchidibus. Limaces uiri, qui atterant & conſumant. Limare etiam dicitur coniungere. Plautus bacchidibus, Ne cum quoquam acceperis ſalio mercedem annuam miſſi abeſſe, nec cum quicquam limares caput. Idem ſcematico. Nam pater tuus nunquam cum illa etiam limabit caput. Liuius tereo credito. Cum illos ſolimea uoluntate nunquam limauit caput. Cæcilius pauſimache. hoc à te poſtulo, nec cum eo gnato poſthac limaſſes caput. Turpilius Leucadia. Veritus ſum, ne amoris cauſa cum illa limaſſis caput. Liquidum ſuaue dulce. Varro eudæmonibus. Frigus per oſſa cornus liquida canit anima. Liquidum eſt parũ. Virgilius libro ſexto. Liquidumq; per aera lapſæ. Varro ſerrano περὶ ἀρχαιρεσιῶν. Hunc uocas, ſed & liquida uita incuriæ ueſtræ fecem. Liquidum eſt proſperum. Plautus pſeudulo. Ab ſiniſtra auſpicio liquido, atq; ex ſententia confidentia eſt inimicos meos me poſſe perdere. Liquidum rurſum ſignificat molle, & fluxum. Plautus milite. Liquidius, cultiusq;, quàm uentus eſt Fauonius. Idem caſſina. Quandam prognatis i ſortiendo ſors deliquerit. Varro diuinarum rerum libro tertio. Lucili Scipio cum aurum factum haberet ut uinea fulmine. ita eſt ictus, ut iſta eſſet integra, aurum colliquiſſet. Idem de proprietate ſcriptorum. Quid eſt tanti, aut quid aliud eius generis feruefactum colliquiſſet, & in forma eſſet infuſum. Virgilius æneidos libro primo. Aut cum liquẽtia mella ſtypant. Næuius lycurgo. iam ſolis æſtu candor cum liqueſceret. Liquerit ſignificat reliquerit. Accius ſtaſia, ſti cum ſubidæ delio de lore hoc animo corpus liquerit. Næuius belli pœnici libro ſecũdo. Blãde, & docte percontaris, quo pacto Troiam urbem liquerit. Laudare eſt uerbis efferre. Virgilius. laudato ingentia rura. Laudare etiam ſignificat nominare. Virgilius georgi. libro ſecundo. Aut illaudati neſcit Buſiridis aras? ideſt nec nominandi. Plautus captiuis. Id ut ſcias, Iouem ſupremum teſtem laudo ego. Luſtrare expiare. Virgilius bucolicis. Et cum ſolennia uota reddemus nymphis, & cum luſtrabimus agros. Lucilius ſatyr. libro ſecundo. Luſtratus piatus. Luſtrare circũſpicere. Virgilius æneidos libro tertio. Omnia colluſtrans hanc primo ab littore claſſem conſpexi uenientem. Cicero thuſ. libro quinto. Ego ducem, cum omnia colluſtrarem oculis. eſt enim ad portas ganianas. Luſtrare eſt circumire. Virgilius libro octauo. Luſtrat auentini montem. Næuius ægiſtho. Tum laſciuũ ne reiſſimum pecus ludens ad cantum clauſum luſtratur. Luſtrare ſequi. Virgilius bucolicis. At mecum raucis tua dum ueſtigia luſtro. Luſtrare patefacere. Salluſtius Catilina libro primo. Si luſtrantur, ſi erumpunt omnia, muta iam iſtam mentem. Virgilius æneid. libro quarto. Poſtera Phœbea luſtrabat lampade terras. Luſtrare dicimus & ſcortari à luſtris. Plautus pſeudulo. Luxantur luſtrantur comedunt quod habent. Lucilius libro xxx. Quem ſumptum facis in luſtris circum oppida luſtrans. Luſtrare perſpicere, agnoſcere. Virgilius libro octauo. Ille oculoſq; loquentis, Iandudum & tacito luſtrabat lumine corpus. Marcus Tullius de officijs libro tertio. Sed cum omnia ratione, animoq; luſtraueris. Limen locus ſtandi datus. Virgilius libro ſexto. Corripiunt ſpatio audito, limenq; relinquunt. Limen omnis ingreſſus. Virgilius æneidos libro ſecundo. Limen erat, cæcæq; fores, & peruius uſus. Varro uirgula diuina, ad quos cum uolucris uenti, ut eos uſq; ad limina nitidabilis. Limen non ſolum quod ſub pedibus eſt dicitur, ſed etiam quod ſuperius eſt ingreſſus. Nouius in acco. Exule limen ſuperum, quod mihi miſero ſæpe confregit caput, iſerum autem, ubi ego omnes digitos defregi meos. Leuare ſoluere. Virgilius æneidos libro ſecũdo. Atq; arcta leuari uincla iubet Priamus. Leuare rurſum releuare. Cicero thuſculan. libro quinto. Alia nulla potuit inueniri leuatio. Virgilius bucolicis. Ego hoc te faſce leuabo. Marcus Tullius epiſtolarum ad Cæſarem. Iam amplitudinem, gloriamq; tuam magno mihi ornamento fore exiſtimo, quod me leuas cura. Pacuuius periboea. Neq; tunc te ingenium moderant, neq; fraternum ira exilium leuat. Varro uirgula diuina. Quos non iacta nouo leuata paſcat. Leuare etiam minuere. Accius meleagro. Caue laſſitudo poplitum curſum leuet. Idem nyctegreſia, illos ſuapte induxit uirtus, tu laudem illorum leuas. Varro περὶ ἐξαγωγῆς. Quemnam te eſſe dicam feram, qui manu corporis feruidos aperis lacus ſanguinis, teq; uita leuas ferreo enſe. Virgilius georgi. libro ſecundo. Omne leuandum prodimus. Turpilius Demetrio. Nunc me ex aliorum ingenijs iudicat intercapedo, quorum amicitias leuat. Varro quinquatribus. Abſinthium uti bibam grauem, & caſtoreum, leuemq; robur. Lautum ſignificat lotum. Terentius phor. Te'ne ad ſymbolum uenire unctum atq; lautum è balneis? Lautum mundum. Lucilius libro.xxyi. Malis neceſſe eſt lautum è menſa pure capturus cibum. Lautum abundans competens. Varro γέροντος διδασκάλου. Video quod habeat ſatis, ſi uix putant lautum. Lautum etiam inquinatum uel maculatum. Virgilius georgi. libro tertio. Lauit ater uulnera ſanguis. Accius ſteſiaſti. uel tropeo uulnere tetro deformatum ſuo ſibi lautum ſanguine tepido. Lautum elegans, ſuaue. Terentius eunucho. Facere laute, lepide, nihil ſupra. Afranius uopiſco. Equidem te nunquam mihi paraſitum, uerum amicum æqualem, atq; hoſpitem quotidianum, & lautum, & conuiuam domi. Marcus Tullius in uerrem actione. ij. Romam ut ex ſicilia redij comites iſtius, atq; amici homines lauti, & urbani. Et in Hortenſio, Quæ eſt igitur philoſophia? Socrate nec dubito quid, quæcunq; ſit lautitia, cui ictum elegan-

tem magnificæ

tem magnificæ neq; minus, quàm deceret, colere inſtituiſſent.

Lentum ſignificat tardũ. M. Tullius de repu. libro quinto. Marcellus ut taceret pugnax maximus & conſyderatus, & lentus. Et in hortenſio. Nũc Craſſum, qui lentus (ut ſatis) dicere ſolebat ad imitationem quaſi noſtri generis contendiſſe. Lentum ſecurum, otioſum. Virgilius bucolicis. Nos patriam fugimus tu Tityre lentus in umbra. Lentum flexuoſum. Virgilius bucolicis. Lenta ſalix quantum pallenti cedit oliuæ. Idẽ Georg. libro primo. Atq; amerina parant lẽtæ retinacula uiti. Lentum patiẽs placidum. M. Tul. in hortenſio. qui, cum publicas iniurias lente tuliſſet, ſuam non tulit. Lentum facile. Lucilius ſatyrarũ libro. xi. Cotta ſenex Craſſi pater huius pæcem magnus trico fuit numarius ſoluere nulli lentus. Lentum tenax. Plautus menæchmis, nimis lenta ſunt uincula. Virgilius geor. libro quarto. Et uiſco, & Phrygiæ ſeruant picæ lentius idæ. Lentum frigidum. Virgilius geor. libro primo. Nocte leues melius ſtipulæ, nocte arida prata tondentur. noctis lẽtus non deficit humor. Cicero de orat. libro ſecundo. Neq; enĩ ẽ facile pficere, ut iraſcatur ei, cui tu uelis, ſi uel iudex, uel ipſe ferre id lente uideare. Locum decus ſignificare uult Accius Diomede. Non genus uirum ornat generi uir forti loco. Locus ſignificationis manifeſtæ eſt. Virg. æn. li. iij. Hæc loca ui quõdam, & Hic locus urbis erit. Locus genus, nobilitas, dignitas. Accius euryſace. Atq; ut uides non tenui de loco. Salluſtius Catilina. Natus haud obſcuro loco. Langor eſt torpor, & inertia. M. Tul. de offi. libro primo. Nihil autem magis cauẽdum eſt ſenectuti, quàm ne langori ſe, deſidiæq; dedat. Langor defectio, & diſſolutio. Virg. æn. lib. ix. Purpureus ueluti cum flos ſuccisus aratro langueſcit moriens. Idem li. x. Qualem uirgineo demeſſum pollice florem. Seu molles uiolæ, ſeu languentis hyacinthi. Longum eſt perplanum porrectum. Virg. geor. li. iij. Tum longo nullus lateri modus. Longum altũ erectum. Virg. æn. li. ix. Stant longis innixi haſtis, & ſcuta tenentes. Longum diuturnum, perſeuẽrans. Virgilius æn. li. iij. Et longum andromache teſtatur amorem. Longe etiam ualde. Virgilius ænei. libro quinto. Ante omnes ſtupet ipſe dares, longéq; recuſat. M. Tul. in Verrem de præture ſiciliensi. Hic longe primus ciuitatis eſt Epicrates. Et de offi. lib. i. In his & nobiliſſimi philoſophi longe principes. Lucilius lib. xxx. Cui ubi decimmutia meæ epitegina appedi longe opera ante omnia alia. Siſenna hiſtoriarum libro quarto. Egregias & longe præſtanteis, ac metuendas aduerſariorum opes eſſe. Terentius adelphis. Et erat longe mea quidem ſententia. Longum ſæuum pernicioſum, Virgilius ænei. libro primo. Infelix Dido, longumq; bibebat amorem. Longe etiam ſignificat aut temporis prolixitatẽ, ut Virgilius geor. libro ſecundo. Nec longum tempus & ingens exiet ad cœlum ramis felicibus arbos. aut ſpatij exiſtimationem. M. Tullius i Clodiũ, & Curionẽ. Credo poſtquam tibi ſpeculũ allatum eſt longe, & à pulchris abeſſe ſenſiſti. Virgilius lib. xij. Longe illi dea mater erit, quæ nube fugacem fœminea teget. Luxuria eſt contra pudorẽ & ſupra modum profuſio. M. Tul. de offi. li. i. Intelligimus, quàm ſit turpe diffluere luxuria, delicate, ac molliter uiuere. Luxuria intempeſtiua abundantia. Virg. geor. libro primo. Luxuriem ſegetum tenera depaſcit in herba. M. Tul. de orat. libro primo. Et omnes luxuries ſtilo depaſcenda. Virg. geor. libro primo. Aut ſi luxuria foliorum exuberat umbra. Cicero de orat. Gemmare uites, ſitire agros, lætas ſegetes, luxurioſa frumenta. Laxum liberum & remiſſum. Virg. æn. li. i. Et premere, & laxas ſciret dare iuſſus habenas. Idem geor. libro ſecundo. Et cum ſe lætus ad auras Palmes agit laxis p purum immiſſus habenis. Laxum non anguſtum, ſed ſpatij maioris. Virg. geor. li. iij. Et primum laxos tenui de uimine circlos ceruici ſubnecte. M. Tul. de offi. li. i. Et admittenda hominum cuiuſq; modi multitudo, adhibenda eſt cura laxitatis.

Locandi ſignificatio manifeſta eſt, ut aut operis locandi, aut fundi. M. Tul. epiſtolarum ad Cæſarem li. ij. uel quod locatio ipſa pretioſa. Idem i Verrem frumentaria, ac Senonis memnoni nobiliſſimi hominis uxoris fũdus erat colono locatus. Locare conſtituere. Virg. æn. li. i. Hic alta theatri fundamenta locant alij. Lucilius li. xxx. Virtutis hæc tuæ artis monimenta locantur. Locare marito dare. Plautus aulul. Virginem habeo grandem dote caſſam, atq; illocabilem. Locare parare. Lucilius libro. xxviij. Hæc tamen conuentus tela, inſidiæq; locatui.

Lætum hilarum ſicuti conſuetudine. Virg. geor. li. i. Et lætæ pecudes, & ouantes gutture corui. Lætum ferax. Virg. geor. libro primo. Lætus ager nullo tantum ſe Mœſia cultu iactat. Lætum pingue. Virgilius geor. libro ſecundo. Glande ſues læti redeunt. Lætum gratia plenum. Virgilius æne. libro primo. Lumenq; iuuentæ purpureum, & lætos oculis afflarat honores. Lætum plenum, diſtentum. Virgilius geor. libro tertio. Læta magis preſſis manabunt ubera mammis.

Laſſum dicitur fatigatum. Lucilius li. xxx. Leonem ægrotum ac laſſum. Laſſum marcẽs grauatum. Virgilius libro nono. Laſſo'ue papauera collo demiſere caput.

## M

MActare præcipitare. Accius antenoridis. Qui aut illorum copias fundam in campo aut naueis uram, aut caſtra mactabo in mare. Mactare honorare. Accius didaſcatico libro primo. Sapientiæq; inuictæ gratia, atq; honoris pater honeſte rem mactauit aurea. Mactare eſt imolare. Virgilius geor. libro quarto. Et nigram mactabis ouem, lucumq; reuiſes. Lucretius libro quito. Et nigras mactant pecudes, & ignibus diui. Accius erigona. Quod utinam me ſuis arcitenens telis mactaſſet dea. Varro de uita populi Romani libro primo. Quod Calendis Iunijs & publice & priuatim fatuã pultem dijs mactat. Mactare eſt magis augere. Virgilius libro nono. Macte noua uirtute puer. Cicero thuſ. libro primo. Macte uirtute. Accius opcolem. Pota, ut dixi. macte his, armisq; macte uirtutẽ patris. Lucilius ſatyrarum libro quinto. Macte inquam uirtute, ſimulq; his uerſibus eſto. Turpilius bœtontibus. Macte uirtute eſto. Pacuuius doloreſte. Macte eſto uirtute, operáq;, omenq; approbo. Marcus Tullius de repu. Ferunt laudibus, mactant honoribus. Mactare malo afficere ſignificat. Plautus amph. At ego certe cruce, & cruciatu mactabo, exi foras maſtigia. Idem aulularia. Do date mactantem malo, & damno uiros. Næuius Gallinaria. Mactato te miſce. Virginis uerbenis mactat illam in fortuito. Pomponius præcone poſteriore, ad te dij omnes cum conſilio calue mactaſſint malo. Accius epigono manceas adhiſante exilio macte pelopis externis. & Ennius telepho. Qui illum dij, deæq; magno mactaſſint malo. Afranius priuigno. A ſulica penè periſti, dij te mactaſſint malo.

Modicum in conſuetudine pauxillum uolumus ſignificare. Modicum ueteres moderatum, & commodum dici uolũt. Plautus bacchidibus. Quibus ingens in animo utibile eſt modicum, & ſine uernilitate. Idem Perſa. Modice & modeſte eſt melius uitam uiuere, & uulite. modice ſapis. Ennius hecuba. Quæ tibi in concubio uerecunde, & modice morem gerit. Accius bacchis. Agite modico gradu iacet. & niſus leuis. Turpilius demiurgo. Ego ædepol docta dico, quæ

mulier uolet ſibi ſummam amicam eſſe indulgentem, & diutinum modicæ, atq; parcæ eius ſerui ad cupidines. M. Tullius de repu. libro ſecundo. Statue eſſe optume conſtitutam rempu. quæ ex tribus generibus illis regali, & optumati, & populari confuſa modicæ, nec punienda irritet animum immanem, ac ferum. Varro περὶ τύχης. Sapiens & bonum ferre poteſt modicæ, & malum fortiter, ac leuiter. Varro Tithono περὶ γήρως. Si multum luſi modicæ ambis. Salluſtius iugurthino bello. Animus belli ingens domi modicus lubidinis, & diuitiarum uictor. Mitis eſt tranquillus, & lenis. Virgilius libro octauo. Mitis ut in morem ſtagni, placidæq; paludis. Lucilius libro. xxx. & illud quoq; mite malum, blandum, atq; doloſum. Mar. Tullius in hortenſio. Aut Theopompo acrius, aut Theophraſto mitius inueniri poteſt. Mitis eſt maturus. Plautus milite. Mitiſſime quidem fuſtibus. Virgilius bucolicis ſunt nobis mitia poma. Turpilius India. Miſero mihi mitigabat ſandalio caput. Pacuuius doloreſte. Nec grandiri frugum foetum poſſe, nec miteſcere. Marcus Tullius de repu. libro quarto. Cumq; autumno terras ad concipiendas fruges pateſaceret hyeme ad concipiendas relaxarit à fiſtula maturitate alia mitigauerit, alia torruerit. Idem de ſenectute. Facit perſæpe ipſa ſibi audientiam diſerti ſenis compta & mitis oratio. Mater eſt, quæ quoduis animal partu edit. Virgilius georgicorum libro quarto. Mater Cyrene mater. Matrem ueteres etiam nutricem dici uolunt. Plautus menæchmis. Ita forma ſimili pueri, ut mater ſua non internoſſe poſſet, quæ mammam dabat, neq; adeo mater ipſa, quæ illos pepererat. Virgilius æneidos libro octauo. Et lambere matrem impauidos, ideſt nutricem. Merum eſt ſolum Terentius phor. Nihil habet niſi ſpem meram. Varro τοῦ πατρὸς τὸ παιδίον περὶ παιδοποιίας. Liberos parare cui neceſſe ſit, non eſt merum, nec tu ædepol quid ſimulas tuis. Plautus aſinaria. Aurum, atq; argentum merum eſt, fixus hic apud nos eſt animus tuus clauo cupidinis. Varro ſeſquiulyſſe. Diogenem poſtea pallium ſolum habuiſſe, & habere Vlyſſem meram tunicam, pileum ideo non habere. Idem eudæmonibus. Tu non inſanis, quo tibi uino corpus corrumpis mero. Merum ſyncerum. Pomponius Piſcatoribus. Neſcio quid non eſt hoc merum, quod hic plorat. Varro marcipore. Eodem conieciſſe mera miracula, neſcio quæ. Cicero de orat. libro ſecundo. Ecce tibi exortus eſt Iſocrates magiſter iſtorum omnium, cuius è ludo tanquam ex equo troiano meri principes exierunt.

Meret meretur. Virgilius libro decimo. Qualem meruit Pallanta remitto. Et libro quarto. Si bene quid de te merui. Marcus Tullius ad Cæſarem iuniorem libro ſecundo. Quem periiſſe ita de repu. merentem conſulem doleo. Lucilius libro xxx. Publica lege ut mereas, præſto'eſt tibi quæſtor. Varro eudæmonibus. quia plus inquit merere debet, in quo eſt uirtus. Mœret rurſus dolet. Virgilius æneidos li. quarto. Sola domo mœret uacua. Meret militat. Lucilius ſatyr. libro. xv. Dum miles hybernas, ac meret terſa ex ætate quaſi annos. Idem libro. xi. Annos hic erat tam plures miles hyberna nobiſcum meret. Virgilius libro quinto. Merui quoq;, ſæpe furores compreſſi. Varro de uita populi Romani libro tertio. Qui in exercitu donati eſſent, & equo publico mererent. Meret humillimum, & ſordidiſſimum quæſtum capit. Varro rerum humanarum libro. xx. Qui in ordine erat is æs militare merebat, & ob mercedem laborem. uel infamiam corporis locat. Lucilius libro primo. & mercede meret relligiones. Varro Agathone, doloreſte. Qui merita hominem, & ſeruum fiat unde & mercenarij, & meretrices dicuntur. Idem eudæmonibus, primum iſte, qui meret ſeſtertios uicenos. Medicamentum eſt, quo homines, uel animalia cætera curantur. Marcus Tullius de offi. libro tertio. Siquis medicamentum cuipiam dederit ad aquam intercutem. Medicamentū rurſus uenenum ut græce φάρμακον, uel producta eius uerbi prima ſyllaba, quod apud medos ueneſici ſint plurimi, ſecundum Virgilium geor. libro ſecundo. Media fert triſteis ſuccos, tardumq; ſaporem Felicis mali, & in ſequentibus. Pocula ſiquando ſæuæ infecere nouercæ, miſcueruntq; herbas. Varro περὶ ἐξαγωγῆς & quærit ibidem ab Annibale, cur biberit medicamentum, quia Romanus inquit me pruſiades tradere uolebat.

Minutum eſt, ut ſæpius, breue. Minutum eſt obſcurum, & ſcrupuloſum, ut à græcis dicitur λεπτομερής. Cicero de finibus bonorum, & malorum libro primo. Ecce autem mali minuti, & anguſti, & omnia ſemper deſperantes, aut maleuoli, inuidi, difficiles, lucifugi, maledici monſtruoſi.

Malignum ſignificat conſuetudine maleuolum. Malignū obſcurum. Virgilius libro ſexto. Quale per incertam lunam ſub luce maligna, Eſt iter in ſyluis. Malignum gracile, minus ferax. Virgilius geor. libro ſecundo. Difficiles primum terræ, colleſq; maligni. Moliri eſt facere. Virgilius æn. libro primo. Molirique moram, & ueniendi expoſcere cauſas. Idem res dura, & regni nouitas me talia cogunt Moliri. Marcus Tullius philipp. Quem nihil aliud agere nihil moliri, niſi necem ciuium, atq; impetum ciuitatis uidere. Idem de ſenectute. Iners non ſit, uerumetiam ſit operoſa & ſemper agens aliquid & moliens. Moliri retinere morari, ac repigrare. Cæcilius Pergamo. Itaq; quod letitiale me mobilitat mœror, molitur metu. Lucilius libro ſeptimo. Mutilamur, molimur, ſubducimur. Moliri extruere dictum à molibus. Virgilius æne. libro primo. Moliriq; arcem, & manibus ſubuoluere ſaxa. Accius Philoctete. Vbi horriferæ & ſoni ſtridor gelidas molitur niues. Vnde demoliri dictum eſt deſtruere. Marcus Tullius de offi. libro primo. Hanc Scaurus demolitus acceſſionem adiunxit ædibus. Caſſius hemina de cenſoribus libro ſecundo. Et iam aurea in capitolio ſigna, quæ erant demoliuntur. Marcus Tullius de offi. libro tertio. Demoliri ea, quorum altitudo officeret auſpicijs. Molle eſt non durum. Virgilius libro octauo. Mollibus è ſtratis opera ad fabrilia ſurgit. Idem georgic. libro ſecundo. Quid nemora æthiopum molli canentia lana? Molle recens, nouum. Virgilius bucolicis. Sunt nobis mitia poma, Caſtaneæ molles. Molle opportunum. Virgilius æneidos libro quarto. Sola uiri molleis aditus, & tempora noras. Idem & quæ molliſſima fandi tempora. Molle leue, contemnēdum. Virgilius georgicorum libro tertio. Tua Mecœnas haud mollia iuſſa. Marcus Tullius de ſenectute. Quod ferendum eſt molliter ſapienti. Molle non arduum, nec erectum. Virgilius bucolicis. Qua ſe ſubducere colles Incipiunt, molliq; iugum demittere cliuo. Molle dulce iucūdum. Virgilius georgicorum libro ſecundo. Molleſq; ſub arbore ſomni. Marcus Tullius de legibus libro ſecundo. In animos teneros, atq; molleis influere, quàm uarios canendi ſomnos. Idem de ſenectute. omneis abſterſeris ſenectutis moleſtias, Sed etiam effeceris mollem, ac iucundam ſenectutem. Molle placidum. Accius telepho. Niſi pariter nauem in fugam tradunt ſubter ſaxa ad leuam, qua mons molliebat mare. Marcus Tullius de ſenectute, & Annibalem iuueniliter exultantem patientia ſua molliebat. Mirari ſignificat nouo aliquo obſtupeſieri. Virgilius æneidos libro primo. Artificumq; manus inter ſe, operumq; laborem miratur. Mirari delectari, accēdi. Virg. geor. li. iij. Seu qs olympiacæ miratus præmia palmæ Paſcit equos. Mirari mentiri. Virg. li. vij. Ille operū cuſtos, Illū admiratur, & omnes circūſtant.

Micare eſt ſortiri digitis. M. Tul. de offi. li. iij. Dignū eſſe

dicunt,

*dicunt, qui cum in tenebris micas, & eos quas ipſe quaſi ſorte, aut micando uictus alteri cedit. Varro parmenone. Micandum erit cum græco, utrum ego illius numerum, an ille meum ſequatur. Micare per uices ſine ordine mouere. Virg. geor. li. iij. Micat auribus, & tremit artus. Idem li. x. ſemianimiq́; micant digiti, ferrumq́; retractant, & geor. li. iij. & linguis micat ore triſulcis. Lucilius li. xxx. Omnia tumendo mucro uideas feruēte micare. Micare fulgere. Virg. æn. li. i. Micat ignibus æther. & li. ij. Ardenteis clypeos, atq; æra micantia cerno. Mittere manifeſtam habet ſignificationem. Virg. lib. viij. Mittitur & magni Venulus Diomedis ad urbem. & Georg. iij. In ſaltus utrunq; gregem, atq; in paſcua mittes. Et mitte in uenerem pecuaria primus. Mittere eſt excludere. Virg. æn. li. i. Mœſtumq́; timorem mittite. Siſenna hiſt. li. iij. Mulierem miſſā fide, ac pietate propter amoris nefarij lubidinem extitiſſe. Mittere. Virg. Bucolicis. Hos illi (quod nec bene uertat) mittimus hœdos. Mittere omittere. Terentius adelphis. Hera lacrymas mitte. Virgil. lib. xi. Mitto ea, quæ muris bellando exhauſta ſub altis. Lucilius lib. xxx. Hoc miſſum face, illo met utere libenter. M. Tullius de offi. libro tertio. Manlium miſſum factum temporibus, uel iuſiurandum ualebat. Plautus aulularia. Iam ſcrutari mitto, redde huc. Mandare ſignificationem habet notam. ut Virgilius libro. viij. Multa patri mandata dabat portanda. Mandare commendare. Virgilius æn. libro. iij. Furtim mandarat alēdum Threicio regi. M. Tullius de offi. libro ſecundo. Dein ſcriptis, non ea, quæ nunc, ſed actiones noſtras mandaremus, ut ſæpe fecimus. Maturum dicitur Celer. Virgilius ænei. libro primo. Maturate fugam, regiq́; hæc dicite ueſtro. Accius menalippo. Eſt res aliqua præſentibus prius mature inſtituit. M. Tullius de offi. libro tertio. Venit ipſe mature ſcalmum nullum uidet. Varro endymionibus. Qui ut uigilarem matura cœpiſti. in eo retinueris. Maturum graue, ſapiens. Virgilius libro quinto. Hoc Helymus facit hoc æui maturus Aceſtes. M. Tullius de ſenectute. Iam conſtantis ætatis, & ſenectutis maturitas. Maturum mite coctum. Virgilius Bucolicis. Triſte lupus ſtabulis, maturis frugibus imbres. Varro endymionibus. Diſcumbimus ſati dominus maturo ouo ad cœnā committit. Metus dicitur, ſicuti plerunq;, timor. Virgilius libro ſexto. Et metus, & male ſuada fames. Metus religio. Virgilius libro ſeptimo. Sacra coma, multoſq; metu ſeruata per annos. Manere eſt loco inſiſtere. Virgilius libro decimo. Manet imperterritus ipſe Hoſtem magnanimum opperiens. M. Tullius in Verrem. Qui iudicia manere apud ordinē ſenatorium uolunt. Idem de offi. Cirilum quendam ſuadentem, ut in urbe manerent. Manere imminere, debere. Virgilius libro ſeptimo. Te Turne nefas, te triſte manebit ſupplicium. M. Tullius philipp. libro. xiij. Sin autem me aliud fatum manet. Manere expectare. Terentius eunucho. Quàm mox irruimus, Mane, Omnia prius experiri conſilio, quàm armis ſapientem decet. Manet, inhæret, infixum eſt. Virgilius ænei. libro primo. Manet alta mente repoſtum. Plautus aſinaria. Vale, aliquanto amplius ualerem, ſi hic maneres. Monſtrum dicitur horrenda magnitudo. Virgilius æneidos lib. ij. Monſtrum horrendum ingens. Monſtrum monſtrationem. Virgilius æneidos libro tertio. Monſtra deûm refero.*

*Maculoſum ſordidum immundum. Lucilius libro. xxx. hæc maculoſis cum ueſtibus aſpiciat ipſe. Maculoſum eſt uarium. Virgilius æneidos libro primo. Succinctam pharetra, & maculoſæ tegmine Lyncis. Macula turpitudo. M. Tullius in Verrem actione. ij. Cuius ut adoleſcentiæ maculas ignominiaſq; prætercam. Lucilius libro. xxx. Quem ſcis ſcire tuas omnes maculaſq;, notaſq;. Macula in retibus plaga. M. Tullius de ſupplicijs in Verrem actione. ij. Reticulumq́; ad nares ſibi admouebat tenuiſſimo lino, minutis maculis plenum roſæ. Metiri eſt tranſmeare. Lucilius libro. xxx. Vir mare metitur magnum fluctibus tradidit. Virgilius georgicorum libro quarto. Et iuncto bipedum curſu metitur equorum. Manicæ dicuntur ueſtium. Virgilius libro. xi. Et tunicæ manicas, & habent redimicula mitræ. Manicæ, quibus manus uinciuntur. Lucilius libro. xxx. Si laqueis manicis, pedicis mens irretita eſt. Virgilius æneidos libro ſecundo. Manicas, atq; arcta leuari uincla iubet Priamus. Plautus aſinaria. Vbi manus manicæ complexæ ſunt. Mœſtum triſte miſerandum. Virgilius æneidos libro ſecundo. Et mœſtas expromere uoces. Lucilius libro. xxix. Cohibet & domina mœſtus ſe Albinus. Mœſtum enectum fame. Luci. lib. xxix. Ventrem alienum mœſtum fouere ex molito ordeo, uti cataplaſma. Mutare derelinquere. Lucilius libro. xxvi. Mihi quidem non perſuadetur, publicæ ut mutem meos. Mutare transferre. Lucilius libro. xxvij. Doctior cæteris iſa ſamitis mutes aliquo tecum ſacra facta. Mutare aliud pro alio accipere. Lucilius libro. xxvi. Publicanus uero ut Aſiæ fiam ſcripturarius pro Lucilio, id ego nolo & in uno hoc nō muto omnia. Mouere manifeſtum eſt, quam habeat ſignificationem. Mouere excludere. M. Tullius de offi. libro tertio. Atqui quodam quaſi ueneno perficiat, ut ueros hæredes moueat, in eorum locum ipſe ſuccedat. Meditari eſt diſcere perdoceri. Plautus amph. Prius ipſe mecum etiam uolo hic meditari, ſi hoc pro hoc loquar. Meditari excogitare. Terētius andria. Venit meditatus alicunde ex ſolo loco.*

N

*Nobile ad dignitatem generis refertur. Salluſtius Catilina, nobili genere natus fuit. Nobilis dicitur & notus. M. Tul. de offi. li. ij. Teſtis eſt Phalaris, cuius eſt præter cæteros nobilitata crudelitas. Lucilius ſatyr. li. vij. Phryne nobilis ille ubi amatorem improbius quem. Varro περὶ λέξεων. Tum contremula aqlenta apud alta litora oriris, ac nobilis omnibus reluces. Accius Diomede. Me argos referam, nam hic ſuā nobilis, necui cognoſcar noto. Teren. heauton. Mea eſt potens magnifica, ſumptuoſa, nobilis. Virg. lib. iij. Eſt locus, Italiæ medio ſub montibus altis nobilis. M. Tul. in Verrem actione. ij. Oppidum eſt in Helleſponto lampſacum id ī primis Aſiæ prouinciæ clarū, & nobile. Lucilius li. xxix. Tum illud epiphoni, quod etiam tum nobile eſt, unde nobilitarent notificarent dictum eſt. Titinnius. Prælue magis, quæ famæ obiectarent, ne eam malefactis nobilitarent. Accius thelephona, is demum miſer eſt, cuius nobilitas miſerias debilitat. Pacuuius doloreſte. Hiccine is eſt, quem famæ gratia ante omneis nobilitat uiros? Numerum ordinem. M. Tul. de deorū natura li. ij. Nihil eſt enim ut orationem numero moueri poſſit ſine conſilio, in quo nihil eſt temerarium. Virg. æn. li. iij. Digerit in numerum. Numero ſigno. Accius œnomao. Numero te expurgaſti. Idē antigona. Ne iſtū numerum amittas ſubitum oblatum. Turpilius Demetrio. Nūquam nimis numero quenquā uidi facere, quàm facto eſt opus. Idē lyndia. Ego interim in turba foras ſubduxi, cū hac me ne quis ad numero mihi uidebat currere. Varro περὶ ἐξαγωγῆς Quid puer rogaſſet, & petaſatus capite annuiſſet, ac diſcedēs nūero uenire ait adoleſcētē. Afranius priuigno. Nūero icepti ptimuiſtis caſſam terriculā aduerſarij. Plau. amph. Numero mihi in mentem fuit. Varro Cato, uel de liberis educandis. Vt*

qui contra celeriter erãt nati ferè munerarijs præmuniebãt, quàm qui cito facturum quis'ue ostẽdere uolebat, dicebat numero id fore, quod etiã in partu præcabantur numeri, & quã deam ſolent indigetare etiã pontifices. Numeros modos. Virg. bucolicis. Numeros memini, ſi uerba tenerem. M. Tul. de offi. li. iij. Perfectum, atq; abſolutum eſt, & ut ijdem dicunt omnes numeros habet. Niti eſt conari ſub onere. Virg. geor. li. iij. Poſt ualido nitens ſub pondere faginus axis increpat. Cicero thuſ. li. ij. Tum illud, quod ſiſyphus uerſat ſaxum, ſudans nitẽdo, neq; proficit hilũ. Niti fultum eſſe. Lucil. li. xxyi. Summis niti naturæ opibus. at ego contra, ut diſſimilis ſiem. Niti eſt incumbere. Virg. li. yi. Ille uides pura iuuenis qui nititur haſta. Niti rurſum ambulare. Pacu. peribœa. Ardua per loca agreſtia, ac trepidante gradu nititur. Virg. æn. li. ij. Preſſit humi nitens. Varro prãſo parato. Contra coactus ſeruus latratu canum fertur biſulcis ungulis nitens humo. Niti uolare. Virg. æn. li. iiij. Hic primum paribus nitens Cyllenius alis, conſtitit.

Nare eſt natare. Virg. li. yiij. Et fluuium uinclis innaret chlœlia ruptis. Nare rurſum uolare. Virg. geor. lib. iiij. Hinc ubi iam emiſſum caueis ad ſydera cœli. Nare per æſtatem liquidã ſuſpexeris agmen. Natare iterũ trepidare. Virg. geor. li. iiij. Condit'q; natantia lumina ſomnus. Neceſſitudo pro neceſſitas. Salluſtius iugurthæ bello. & iam ante iugurthæ filia boccho nupſerat. Verum etiam neceſſitudo, quæ etiam timidos fortes facit. Idem in eodem. Coactus rerum neceſſitudine, ſtatuit armis certare. Varro modio. Aſſe uinum, aſſe pulmentarium ſedeas, quo natura arrigatur, non neceſſitudo. Siſenna hiſt. li. iiij. Id me neq; metu, neq; calamitatis neceſſitudine inductum facere. Neceſſitas uis quædam, quæ alterum cogere inuitum poteſt, ut plerunq;. Neceſſitas affinitas, unde et hoc iure coniuncti neceſſarij appellantur. C. Cæſar cum Plautiam ſuaſit rogationem, & quidem mihi uidetur pro neceſſitate non habere, non opera, non induſtria defuiſſe. Nomen eſt proprium uocabulum ſingulorum. Virg. li. yij. Cui nomina mille. Mille nocendi artes. & ut Nomen aui referens Priamus. Nomen decus, dignitas Virg. æn. li. ij. Auulſum'q; humeris caput & ſine nomine corpus. Nomen etiã debitum dicitur.

Nota dicitur probrum. Lucilius li. xxx. Quem ſcis ſcire tuas omneis maculaſ'q;, notaſ'q;. Nota ſignum. Virg. geor. lib. iij. Continuo'q; notas, & nomina gentis inurunt. Nota diſtinctio. Virg. li. V. Cœruleæ cui terga notæ. Nudum conſuetudine ſine tegmine dicitur. Virg. li. V. Nudatoſ'q; humeros oleo perfuſa niteſcit. Nudum inſepultum. Virg. lib. V. Nudus in ignota Palinure iacebis arena.

O

Occupatus impeditus, ut græce dicitur ἄχολος. ideſt uacuus nõ eſt. Plau. amph. Herus Amphitryo occupatus. Cice. thuſ. li. i. Vt ſi occupati profuimus aliquid ciuibus noſtris, proſimus etiam, ſi poſſumus, otioſi. Occupare eſt proprie præuenire. Cicero thuſ. li. V. Quod idem melioribus etiam uerbis Metrodorus occupauit. Titinnius ueliterna. Ergo occupa foras exire, ut præſit linteum. Virg. li. xij. Et ueniente ebyſo, plagam'q; ferenti Occupat os flammis. Accius euryſace. Quemadmodum impetum occupemus facere ultro in regem fidem per eos, & niſi clamoris regem, aut ferre ab regina occupo puerum. Turpilius Traſyleone. Ceſſo occupare & me in colloquium conferre horum? Ennius Hectoris luſtris. Hectorei ſumma armatos educit in foras, caſtris'q; caſtra ultro iam ferre occupat. Pacuuius doloreſte. Is quis eſt? qui tunc ſi tu illum occupas, leto dabis. Varro ephœbo περὶ ἐμμονῆς. Crede mihi plures dominos ſerui comedere, quàm canes, quod ſi Actæon occupaſſet, & ipſe prius ſuos canes comediſſet, & non negaſſet ſaltatoribus in theatro fieret. Idem eudæmonibus. Priuſquam reſponderem foris neſcio quis occupat res indicare. Occupare detinere. Plautus epidico. Atq; id non dicet, occupatum tibi erit argentum. Pacuuius atalanta. Super ſatis agere, ut ne i mare animum occupes. M. Tul. de offi. li. i. Et in ea funditus delenda occupati ſunt, & fuerunt. Virg. geor. li. iiij. Manicis'q; iacentem occupat. Varro eudæmonibus. Cum in eo eſſet occupatus, atq; in ſchola curaret, ut ſcribit Scantius homo per dionyſia. Occupare etiam inuenire tenere, uel poſſidere. Plautus trinumo. Familiam optimam occupauit. M. Tul. in Hortenſio. & Paulũ marcelli occupauiſſe. Virg. æn. li. yi. Occupat Aeneas aditum cuſtode ſepulto. M. Tul. philipp. li. xiij. Agri lucani poſſeſſiones occupauit. Occupare collocare. Põponius pictoribus. Quæ tuleram mecum nulla deinde uictoria tam græca merce de ilico curaui, ut occuparem. M. Tul. in uerrẽ actione. ij. Præterea pecunias occuparat apud populos, & ſyngraphas fecerat. Opinio eſt fama. M. Tul. ad Cæſarem iuniorem lib. i. Erat opinio bona de Plantio, bona de Lepido. Opinio ſuſpicio. Varro eudæmonibus. Qui omnes me bimatram agitare clamitantes, opinionẽ mihi inſaniæ meæ confirmant. Accius euryſace. Opinione factum eſt, quanto minus ſtirpem educabant. Tanto uereremur magis eos eſſe. M. Tul. de offi. li. iij. Qui primũ hæc natura cohærẽtia opinione diſtraxiſſent. Opinio ſpes, opinatio. M. Tul. ad Cæſarem Iuniorem. Poſthac quod uoles à me fieri ſcripto, uincam opinionem tuam. Idem de offi. li. ij. Opinionem afferunt populo eorum ſimiles fore, quos ſibi delegerint ad imitandum. Varro eudæmonibus. Sic ad uos citius opinione uertilabundus miſer decidi. Siſenna hiſt. lib. iiij. Popedius opinione fruſtrata. Obſcœnum eſt immundum. Virg. æn. li. iij. Obſcœnas pelagi ferro fœdare uolucres. M. Tul. de offi. lib. i. Alternæ libero quidem, ſi rerum turpitudini adhibetur uerborũ obſcœnitas. Varro agathone. Pueri obſcœnis uerbis nouæ nuptulæ aureis reſtaurant. Obſcœnum uitabile. Virg. æn. li. iij. Obſcœnam'q; famem, quæ prima pericula uito. Idẽ. xij. Ne me terrete timmentẽ obſcœnæ uolucres. Accius aſtyanacte. Hunc aicauſpinẽ regionum fac, ac deſiſſet exercitum morari, nec me ab domuitione marceretur obſcœno homine. Cicero thuſ. lib. ij. Vna & obſcœnas uoluntates, de quibus multa ab illis habetur oratio. Obſcœnũ ſignificat maledicũ. Accius œnomao. Vos ite actutum, atq; opere magno edicite per urbem, ut omnes, qui arcana, aſteum'q; accolũt ciues, omnibus fauſtis auguſtam adhibent fauentiam, ore obſcœna dicta ſegregent. Lucilius libro. xxix. Deum rixa uertat uerba obſcœna.

Obitus ſignificat mors, uel occaſus. Vir. georg. li. i. Nec fruſtra ſignorum obitus ſpeculamur, & ortus. Obitus rurſum aduentus. Accius antigona. At at, niſi me fallit in obitum ſonitus. Turpilius epiclero. Ecquis eſt, qui interrumpit ſermonem meum obitu ſuo? Omen dicitur auſpicium proſperum. Vir. georg. li. iiij. Omine, quo firmans animum, ſic icapit ipſa. Omen ſignificat aduerſa. Virg. li. xij. Ne'ue omine tanto proſequere.

Olim trinam habet ſignificationem temporum, præteriti Virg. buc. Meos olim ſi fiſtula dicat amores. Olim temporis futuri. Virg. æn. li. i. Hunc tu olim cœlo ſpolijs orientis onuſtum Accipies ſecura. Lucilius ſatyr li. xix. Sic tu illos fructus quæras aduerſa hyeme olim, quis uti poſſis, hæc delectare domine. Turpilius Philopatro. Deinde cum ad te redierit res olim poſt mortem patris. Afranius ſuſpecta. Non amatorem olim defenſorem per eum uolet.

Optare eſt precibus aliquid à dijs poſtulare. Virgilius æn. lib. yij. Et reor, & ſiquid ueri mens augurat, opto. Optare eligere. Lucilius ſatyrarum lib. xix. Aurum uis hominem habeas, hominem quid ad aurum, quare (ut dicimus) nõ uideo hic quidnam magnopere optem. Salluſtius hiſtoriarum lib. iij. Atque eum cupio laudatum accenſum, quæ præmiorum ſpes, quibus cum optauiſſet, ire iubet. Virgil. æn. lib. iij. Optauitq́; locum regno. Mar. Tul. de offic. lib. i. Quæq́; maiori parti pulcherrima uideantur ea maxime optant. Ter. Eunucho. Hoc ſi effeceris quoduis præmium à me optato. Varro marcipore. Et Diogenes qui anniccos, qui ab Alexãdro rege iuſſus optare, quid uellet ſe facturum. Offendere eſt percutere. Turpilius paraterusa. Caput ut offendit ad limen pol. Lucilius lib. xxix. Crus lapide nihil eſt, credam ſi te offenderit. Varro marcipore. Dein mittit uirile ueretrum in flumen, offendit buccam bolumnio. Offendere lædere. Mar. Tul. de ſupplicijs. lib. tertio. Cum iſte cum pallio purpureo, pariq́; tunica uerſaretur in conuiuijs cum mulieribus, non offendebantur homines in eo, neq; moleſte ferebant. Lucilius lib. xxyij. Nam hic quidem reditum ſuũ talem portendebant, neq; alia in re ulla offendere. Offendere inuenire. Pacuuius iliona. Quos ego ita, ut uolui, offendo incolumis. Afranius homine ea memoriter cum uenero confecta ut offendã. Quadrigarius annali. lib. ij. Inde poſtquam aliquantum receſſit, offendit montem loca munita, reſq́; omnes habere, quæ militibus opus ſunt, ligna, aquã, pabulũ. Et Ter. eunucho. Offendi aduenieẽs quẽdã mei loci, atq; ordinis hoiem. Mar. Tul. de ſignis. Quod non dum perfectum templum offenderent, neq; ponere potuere. Lucilius lib. xxyi. Siquod uerum inuſitatum, aut zetematium offenderam. Mar. Tul de repu. libro ſecundo. Sed imitor Architam illum tarentinum, qui, cum ad uillam ueniſſet, & omnia aliter offendiſſet. Plautus amph. eo more expergefactum, aduenien tenebroſum offendi dominum. Varro ſexageſimo. Romam regreſſus, ibi nihil offendi, quod ante ãnos quinquaginta, cum primum dormire cœpi, reliqui. Obſcurum eſt ſine lumine. Virgil. geor. lib. primo. Si nigrum obſcuro comprenderit aera cornu. Obſcurũ ignobile. Mar. Tul. de offic. lib. ij. Qui magna ſibi proponũt obſcuris orti maioribus. Obſcurum abſconditum latens. Virg. nono. Vidimus obſcuris primum ſub uallibus urbem. Obſeruare ſuſpicere, magnificare. Mar. Tul. de offic. li. i. ſicut aliquo honore, aut imperio affectos obſeruare, & colere debemus. Obſeruare cælare, & intus tegere. Plautus aulul. Vbi is obijt mortem, qui mihi id aurum credidit, cœpi obſeruare. Obſeruare cognoſcere. Virgi. æn. libro. ij. Et ueſtigia retro obſeruata ſequor per noctem. Obſeruare curioſe, & ſuſpiciter circum aſpicere. Plautus aulul. Oculos ego iſtos improbe effodiam tibi, ne me obſeruare poſſis, quid rerum geram. Obſeruare captare. Virgil. geor. libro tertio. Quos durus arator obſeruans nido implumeis detraxit. Lucilius libro. xxyij. Quod ſi obſeruas hominem, qui pro commodo, & regno gaudeat. Ter. andria. Perterrefacias Dauum, obſerues filium quid agat.

Orator ſignificatione manifeſta eſt. Oratores legatos. Virgilius æn. lib. xi. Centum oratores prima de gente latina Ire placet. Occurrere dicitur obuium fieri. Virgil. æn. libro. yi. Hic illi occurrit Tydeus. Occurrere ſubuenire. commouere. Mar. Tul. de ſupplicijs. Occurrebat illa ratio. Offerre inuenire. Lucilius libro. xxyi. Homines ipſi hanc ſibi moleſtiam ultro, atq; erumnam offerunt, ducunt uxores. Offerre afferre. Lucilius lib. xxix. Vt nunc hac re mihi opem, atq; auxilium offeras. Offerre oſtendere. Vir. æn. li. yi. Strictamq́; aciem uenientibus offert. Obducere aperire. Lucilius libro xxix. Vos interea lumen auferte, atq; aulæa obducite. Obducere tegere. Virgilius bucolicis. Obducat paſcua iunco. Orare eſt precibus poſcere. Mar. Tul. Verrinarum in diuinatione. Rogare, et orare, ne eos ſupplices aſpernetur. orare agere. Mar. Tul. de offic. lib. iij. Vt ueram amici cauſam eſſe malit, ut orãdæ litis tempus, quoad per leges liceat, accommodet. Oppido ualde. Plautus amph. Oppido interij obſecro hercle quantus, & quàm ualidus eſt. Oppetere occumbere, mori. Virgilius æn. li. i. Quis ante ora patrum Troiæ ſub mœnibus altis contigit oppetere. oppetere inuadere. Plautus aſinaria. Atq; illa uiua uiuus ut peſtem oppetas. Obeſum pro uberi, & craſſo ſæpius ponitur. Virgil. geor. libro. iij. Argutumq́; caput, breuis aluus, obeſaq́; terga. Obeſum gracile, & exile. Næuius carmine. Corpore, pectoreq́; undiq; obeſo, ac merito exeſo tardi ingenio ſenis.

## P

PROPRIVM Diuturnum. Siſenna hiſtoriarum libro tertio. Tum ſubito tacuit, atque metu, & ſuſpicione propriam capere non poterat quietem. Proprium eſt ſuũ uniuſcuiuſq;. Virgi. libro. yij. Hunc mihi da proprium uirgo ſata nocte laborem. Varro caprino prælio. Nam uirtutem propriam mortalibus fecit, cætera promiſcue uoluit communia habere. Proprium ſignificat rurſum perpetuum. Siſenna hiſtoriarum libro quarto, Victoribus proprie ſpem, uictis aduerſæ fortunæ maiorem formidinem obiecit. Plautus ciſtellaria. Atq; illum amatorem tibi proprium futurum in uita. Virgilius lib. ſexto. Propria hæc ſi dona fuiſſent. Idem libro tertio. Da propriam tymbrææ domum. Ter. andria. Ego deorum uitam propterea ſempiternam arbitror. quod uoluptates eorum propriæ ſunt. Accius armorum iudicio. Nam non facile ſine deũm opera propria humana ſunt bona. Idem Medea. Fors dominatur, neq; uita ulli propria in uita eſt. Lucilius ſatyrarum lib. xyij. Cætera contemnit, & in uſura omnia ponit non magna. proprium uero nihil neminem habere. Mar. Tul. de repu. li. iij. Et noſter Plato, magis etiam, quàm Lycurgus, omnia qui prorſus iubet eſſe communia, nequis ciuis propriam, aut ſuam rem ullam adijcere. Afranius uopiſco. Dij tibi dent propria quæcunq; exoptes bona. Lucilius lib. xxyij. cum ſciam nihil eſſe in uita proprium mortali datum. Præuertere præterire. Virgil. æn. lib. quarto. Volucremq́; fuga præuertitur ebrum. Præuertit, uocat. Plautus amph. Ibi me inclamat alcmena, iam ea res horrore afficit, herilis præuertit metus, accurro, ut ſciam, qd uelit. Præuertere iterum ſignificat anteponere. Plautus in eodem, illuc redeundum eſt mihi, ne me uxorem præuertiſſe dicat præ repu. Promittere eſt polliceri. Virgilius æneidos libro ſecundo. Promiſi ultorem, & uerbis odia aſpera moui. Mar. Tul. ad Cæſarem iuniorem. Promiſſa tua memoria teneas. Promittere etiam ſignificat ad magnitudinem nutrire. Plautus rudẽte. Capillum promittam optimum eſt, incipiamq́; hariolari. Virgli. æn. lib. iij. Promiſſaq́; barba. Varro modio. qui cum erant in græcia coma promiſſa, raſa barba, pallia trahentes. Protelare eſt percutere, perturbare. Teren. phor. Neu te iratus ſuis ſæuis dictis protelet. Siſenna hiſtoriarum libro tertio. Romanos impetu ſuo protelant prolectus perſequuntur. Protelare rurſus adiuuare. Lucilius ſatyrarum lib. ſexto. Quem neq; lucanis oriundi montibus tauri ducere protelo ualidis ceruicibus poſſent. Idem lib. xij. Hunc iuga mulorũ protelo ducere centum non poſſunt. Cato originum lib. V. Sed protelo trini boues unum aratrum ducent. Varro, Cato, uel de liberis educandis. Remotiſſimum ad diſcendum formido, ac nimis timor, & omnis perturbatio animi contra delectatio pro-

telo ad diſcendum. Protelare etiam excludere. Turpilius lemnis. Propter peccatum pauſillum indigniſſime patria protelatum eſſe ſæuitia patris. Siſenna hiſtoriarum libro quarto. Duæ cohortes de ſubſidio procedunt, atque equites protelant.

Prodere ſignificat deferre. Virgil. æn. libro. ij. Prodere uoce ſua quẽquam, aut apponere morti. Prodere rurſus differre, uel excludere. Virgilius æneidos libro primo.

Nos tua progenies cœli, quibus annuis arcem
Nauibus infandum amiſſis, unius ob iram.
Prodimur, atq; italis longe diſiungimur oris.

Lucilius ſatyr lib. V. Poſſis ne elabi an prodenda dies. Teren. andria. Aliquot ſaltem nuptijs prodat dies. Prodere etiam protendere, uel edere Virgil. æn. libro. iiij. Italiam regeret, genus alto à ſanguine teucri proderet. Mar. Tul. de ſupplicijs in Verrem. Iuſſi magnis ad memoriam, poſteritatem'q; prodendã, & de ſenectute. Non accipere modo hæc à maioribus uoluerunt, ſed etiam poſteris prodere. Periculum eſt ſalutis diſcrimen. Virgil. æn. libro tertio. Obſcœnam'q; famem, quæ prima pericula uito. Lucilius lib. xxix. Adde alios omnes meo periculo ex ordine. Periculum experimentum. Siſenna hiſtoriarum libro quarto. Periclitantur tormenta, ac tela, multa'q; genera machinamentorũ. Mar. Tul. de repu. libro tertio. Sed ut ipſis, ſeu animum periclitentur, ſeu uident quid ſe putent eſſe facturos. Ter. Eunucho. Fac periculum in literis. Mar. Tul. de deorum natura. lib. ij. Sicut ex quibuſdam ſtirpibus, & herbis, quorum utilitatem longinqui temporis uſu, & periclitatione percepimus. Lucilius lib xxix. Cuius ſi in periculo feceris periculũ. Plautus amph. Periclitatus ſum animum tuum. Salluſtius Catilinæ bello. Tunc uero periculo, atq; negotijs compertum eſt.

Periculoſum maius, & uehemens. Mar. Tul. de officijs lib. i. Grauioribus autem morbis periculoſas curationes, & ancipites adhibere coguntur. Preſſum ſubtile. Mar. Tul. in Hortenſio. Quis te autem eſt, aut fuit unquam in parcundis rebus, in definiendis, in explanãdis preſſior? Preſſum onuſtum, grauatum. Virg. geor. lib. i. Ceu preſſæ cum iam portum tetigeræ carinæ puppibus. Premere defodere. Virgilius lib. x. Sulcum'q; ſibi premat ipſa carina. Premere claudere. Virgilius lib. xi. Preſſi' ue oculos, aut uulnera laui ueſte tegens. Premere inſequi, fugare. Virgilius ænei. libro primo. Hac fugerent graij, premeret troiana iuuentus. Premere, urgere. Virgi. geor. lib. iij. Ingentem clamore premes ad retia ceruum. Et libro ſexto Fauni'q; premunt te iuſſa parentis. Premere ſignificat inniti cum pondere. Virgil. geor. lib. quarto. & ſpumantia cogere preſſis mella fauis. Idem æn. lib. x. Et leuo preſſit pede talia fatus exanimem rapiens immania pondere baltei. Premere rurſum refrenare, uel cohibere. Virgilius æneidos libro. i. Imperio premit, & uinclis, & carcere frenat. Idem & premere, & laxas ſciret dare iuſſus habenas. Item lib. ix. Sic memorat, uocem'q; premit. Premere regere. Virgilius libro. ix. Canitiem galea premimus. & lib. xi. Quos Simois premat ille uiros. Varro modio. Capitis corona uacitis liuei face ut langore ſtatili uiridis premit. Premere etiam remouere, uel excindere. Virgi. geor. libro. i. Et ruris opaci falce premes umbram. Premere, occidere. Virgi. li. xi. Armigerum'q; renni premit. Premere aduerſari. Virgilius libro. x. Numina nulla premunt mortali urgemur ab hoſte Mortales. Premere calcare. Virgil. æneidos libro. ij. Veluti qui ſentibus anguem Preſſit humi nitens, Premere deponere. Virgilius geor. lib. ij. Quod ſupereſt, quæcunq; premes uirgulta per agros. Pretium pœnæ exitium. Liuius Achille. Si malos imitabor, tum pretium pro noxa dabit. Pretium dicitur, quod re empta datur. Virgilius æn. lib. quarto. Vrbem exiguam pretio poſuit. Ter. Eunucho. Pretium ſperãs, ilico producit, ac uendit. M. Tul. Verrinarũ actione ij. Et parẽtis pretiũ pro ſepultura liberũ poſceret. Luci. li. xxyiij. Nec par uocat ullo pretio. Pretiũ pro præmio. Salluſtius Iugurthæ bello. uicit tamen in ſenatu pars illa, quæ nõ pretiũ aut gratiam anteferebat. Næuius Dane. Quia, ut quiſq; eſt meritus, præſens pretium pro factis ferat. Teren. andria. Quod habui ſummum pretium perſolui tibi. Virgilius æn. libro. V. Et palmæ pretium uictoribus. Lucilius lib. xxx. Cuius uultu, ac faciei ludis, ac ſermonibus noſtris uirginis hoc pretium, atq; hũc reddemus honorem. Patibulum eſt crux. Salluſtius hiſtoriarum libro quarto. In quis nouiſſimus quiſq; & malo dependens uerberabatur, aut immutilato corpore improbi patibulo eminens affigebatur. Patibulum ſera, qua hoſtia obcluduntur, quod hac remota ualuæ patẽãt. Titinnius fullonibus. Si quiſquam hodie præter hanc poſticum noſtrum pepulerit, patibulo hoc ei caput defringam. Petere ſignificat poſcere. Virgilius æn. li. yiij. Mittitur & magni Venulus Diomedis ad urbem, qui petat auxilium. Lucilius lib. xxyi. Ferri tãtum ſi roget me, non dem quantum auri petit. Petere commemorare. Virgilius geor. lib. yiij. Quid cauſas petis ex alto? Petere percutere ferire. Virg. bucolicis. Iam cornu petat, et pedibus qui ſpargat arenam. Petere appetere. Virgil lib. yiij. Notum'q; petiuit coniugis infuſus gremio per membra ſoporem. Petere ſequi. Virgilius lib. V. Quem petit & ſummis annixus uiribus urget. Lucilius lib. xxyij. rerum explicatorem mittam miſerum mendicum petam. Petere abducere. Virgilius libro. yi. Tartareum ille manu cuſtodem in uincla petiuit. Petere inquirere. Virgilius lib. yiij. Euandrum petimus. Petere cupere, appetere. Virgil. geor. lib. tertio. Pulchram'q; petunt per uulnera mortem. Lucilius lib. xxyi. Sin autem hoc uident bona ſemper petere ſapientem, & putant. Petere eligere. Virg. geor. libro quarto. Principio ſedes apibus, ſtatio'q; petenda. Petere obtinere. Virg. æn. libro primo. Quæ proxima littora curſu contendunt petere. Petere manere, expectare. Virgil. libro. yiij. Troianos hæc monſtra petunt. Petere tenere. Virg. æn. lib. i. Summiſſi petimus terram, & uox fertur ad aures. Propter ſignificat eius cauſa. Virgil. æn. libro quarto. Te propter libycæ gentes, nomadum'q; tyranni Odere. Propter alicuius rei cauſa. Varro ſeſquiulyſſe. Propter iuxta. Virgilius geor. libro. iiij. & uiridi in campo templum de marmore ponam Propter aquam. Varro, Cato, uel de liberis educandis. At teſtatus eſt fortunam, propter cuius aram mea hoſtia erat cæſa, id quod poſtea uirũ eſſe. Teren. adelphis. Nimium iſtuc abyſti. hic propter hunc aſſiſte. Mar. Tul. de ſenectute. Sic adoleſcentiæ uoluptates propter enetum magis fortaſſe lætatur, ſed delectatur etiam ſenectus procul aſpiciens. Idem de repu. lib. i. Eum quod'q; ut ſalutauit propter tuberonem iuſſit aſſidere. Varro ſeſquiulyſſe. Quod minerua propter eſt, & id ſignificare eum propter doctrinam. Idem eudæmonibus. Propter eã porticum ſitum erat dolium Siſenna hiſtoriarum libro tertio. Partem cohortiũ propter mare collocat in litore. Ponere eſt deponere. Virgilius æn. lib. i. Ponunt'q; ferocia pœni Corda uolente deo. Ponere conſumere continere. Mar. Tul. de offic. libro. ij. Mirentur'q; in ea tantum me operæ, & temporis ponere. Ponere conſtituere. Virgilius geor. lib. iij. Templum de marmore ponam. Ponere obſeruare. Virgil. geor. li. iij. Aut parco ſale contingunt, hyemi'q; reponunt. Et æn. lib. i. Manet alta mente repoſtum Iudicium Paridis. Ponere deſinere. Virgilius lib. yiij. Cum uenti poſuere, omnis'q; repente reſedit flatus. Pernix ſignificat celer. Virgilius geor. lib. iij. Talis & ipſe iubam ceruice effudit equina coniugis aduentu pernix Saturnus. Lucilius lib. xxyij. Fuimus pernices æternum id nobis ſperantes fore. Pernix per-

ſeuērans· Virgilius geor· lib· iij· & inter duráq; iacet pernix in ſtrato ſaxa cubili· Pullum eſt ætatis nouellæ· Virgilius geor· libro· iij· Continuo pecoris generoſi pullus in aruis· Pullum non album· Virgil· georgi· lib· iij· Reijce, ne maculis infuſcet uellera pullis· Titus Liuius· ueſtis pulla pro pure ampla· Mar· Tul· de ſignis, in hac officina partem diei cum tunica pulla, & pallio ſolebat ſedere· Varro ſeſquiulyſſe· ubi nitide phœbi ueſte pulla candidi modeſte amictus paſcunt pectore·

Plagæ ſunt uerbera· Virgilius geor· lib· iij· Plagiſq; perempto tonſa per integram ſoluuntur uiſcera pellem· Mar· Tul· de ſupplicijs· plagis confectum dico à lictoribus tuis pater ante oculos tuos concidiſſe· Plagæ uulnera· Virgilius libro· xij· Et uenienti Ebiſo, plagamq; ferenti Occupat os flammis· Idem geor· lib· iij· Multa gemens ignominiam, plagaſq; ſuperbi uictoris· Mar· Tul· de ſupplicijs· Atque etiam ipſi adoleſcentes cum Sextio de plaga et de uno illo ictu loquebantur· Plaga ſpatiū immenſum· Virgilius æneidos libro· i· Aetheria quos lapſa plaga Iouis ales aperto Turbabat cœlo· Varro lege meniados admeniados admirantes, quod ſereno inde tenuiſſet oculis cæci rimari plagas· Plagæ ſunt retia, quibus capta implicantur· Virgil· æn· libro octauo· Retia rara plagæ· Mar· Tul· de offic· li· tertio· ſunt'ne igitur inſidiæ tendere plagas, etiam ſi excitaturus nō ſis? Plaga ſpatium ampliſſimum uel cœli, uel agri· Virgilius geor· lib· iiij· In medio dirimit plaga ſolis iniqui· Plagæ rurſum maculæ retiales· Virgil· æn· li· iiij· Retia rara plagæ· lato uenabula ferro maſſilij quærunt equites· Plaga aliquando pars lecti, aliquando amnis· Pacuuius atalanta· Et ſi metuo pietate plaga palàm, ut ſit plaga, quæ nunc dicitur clauum· Varro prometheo· Eburneis lectis, & plagis ſigillatis· Afranius, Palàm facito Demea, et plagulam de lecto pellis dimitte ordine· Putare colligere conferre· Plautus aulul· Cur putatur ratio cum argentario· Putare dicitur purgare, rarefacere· Virgilius geor· libro ij· Finxitq; putando· Putare aptare· Titinnius fullonibus· Da penſam lanam, qui non reddet tempori putatam recte facite, ut multetur malo· Putare animo diſputare· Virgil· æn· lib· yi· Multa putans, ſortemq; animo miſeratus iniquā· Ennius Thyeſte· Ibi quid agat ſecum cogitet, parat putat· Cæcilius exule· Non hæc putas, non hæc in corde uerſantur tibi· Plautus amph· Quo id malum pacto poteſt· nam mecum argumentis puta· Putare æſtimare· Terē· andria· Recte putas· Marcus Tul· epiſtolis ad Cæſarem lib· ij· Quod ſapientes homines, ac boni putant· Lucilius lib· xxix· Perge amabo, ac ſi potes facæ dignam me, ut uobis putem· Piare dicitur impiare, contaminare· Virgilius libro ſexto Diſtulit in ſeram cōmiſſa piacula mortem· Piare expiare, purefacere· Virgilius libro ſexto· Duc nigras pecudes ea prima piacula ſunto· Piare cōdere, conſecrare· Virgil· lib· yij· Prodigijs acti cœleſtibus oſſa piabunt· Paſſum perpeſſum· Virg· æn· lib· i· O paſſi grauiora· Paſſum dicitur genus liquoris, quod ex uua paſſa cogitur· Virgilius geor· lib· ij· & Paſſo pſithia utilior· Paſſum diſperſum ſolutum· Virgilius æn libro· i· Crinibus iliades paſſis· Teren· phor· Capillus paſſus, nudus pes, ipſa horrida· Cæcilius ariſtoſis· heri uero proſpexiſſe eum ex paſſum domi· Paſſum extenſum patens· unde & paſſus dicimus quod greſſibus mutuis pedes pateſcunt· Ennius annali· li· x· Aegro corde, comis paſſis late palmis pater, paſſis palmis ait pro patentibus, & extenſis· Næuius ephigenia· Paſſo uel hoc uicinum aquilone hortum fer foras· Parcere eſt ueniam dare· Virgilius lib· yi· Parcere ſubiectis, & debellare ſuperbos· Lucilius libro· xxx· Quanti uos faciant ſocij cum parcere poſſint· Parcere ſeruare· Virgilius libro· x· Argenti, atq; auri memoras quæ multa talēta Natis parce tuis· Lucilius li· xxyij· Parcat illi maius cui poſſit, cui fidem eſſe eximent· Pax ſignificantiam habet notam· Virg· lib· yij· Pars mihi pacis erit dextram tetigiſſe tyranni· Pax uenia· Virgilius æn· lib· iij· Sed uotis precibuſq; iubent expoſcere pacem· Pax propitiatio· Virgilius æn· lib· iij· exorat pacē diuū· Præſtare facere· Mar· Tul· de offic· libro· iij· Emptorem indemnem dāno præſtari oportere· Præſtare dicitur conſuetudine beneficiū dare· Præſtare exhibere· Mar· Tul· ad Cæſarem iuniorem libro ſecundo· Tu ſi meam fidem præſtiteris, quod confido te eſſe facturum· Præſtare antecellere· Virgilius lib· xij· O præſtans animi iuuenis· Salluſtius Catilinæ bello· Omneis homines, qui ſtudent ſeſe præſtare cæteris animantibus· Ter· Eunucho· Dij immortales homo homini qd præſtat· Mar· Tul· in Verrem· Sicilienſi nimirum illi non ingenio ſolum his patronis, ſed fortuna etiam præſtiterunt· Lucilius libro· xxyij· Si facies præſtat ſi corpore corpus· Mar· Tul· de officijs lib· ij· Quid enim eſt per deos immortaleis optabilius ſapientia? qd præſtabilius? Et in Hortenſio· Itaq; nec in philoſophia cuiquā ceſſit, & uitæ grauitate præſtitit· Varro quinquatribus· An hoc præſtat hero filius Diogene· Præſtat utile eſt· Virgil· æn· lib· tertio· Præſtat trinacrij metas luſtrare Pachyni· Lucilius libro· xxx· Vti pecudem tu aſinumq;, ut deniq; naſci præſtiterit· Marcus Tul· de ſenectute· Ne uos quidem Titi Pontij centurionis habetis· num idcirco ille eſt præſtantior uobis?

Pium dicitur religioſum· Virgilius· Dij meliora pijs· Pium caſtum· Virgilius libro ſexto· Quiq; pij uates· Præcipere eſt iubere, uel monere· Virgilius libro· xi· Ipſi numerumq;, modumq; carinis Præcipiunt· Et lib· ix· Nāq; ita diſcedens præceperat optimus armis Aeneas· Ter· adelphis, Nam quid tu hic agis, ubi ſiquid bene præcipias, nemo obtemperat· Lucilius li· xxyi· Porrò amici eſt bene præcipere, tueri, bene prædicere· Mar· Tul· de offic· lib· iij· Nec omnino quicquam de eo genere præcipiendum fuiſſet· & in Hortenſio Præcipiunt hæc iſtis, & facit nemo· Præcipere præuenire· Virgilius libro· xi· Exultatq; animis, & ſpe iam præcipit hoſtem· & libro ſexto· Omnia præcepi, atque animo mecum ante peregi· Pulſatum ſignificat percuſſum· Virgil· li· yi· Pulſatus'ue parens, aut fraus innexa clienti· Marcus Tullius de ſupplicijs· Lictores circūſiſtunt ualentiſſimi, & ad pulſandos, uerberandoſq; homines exercitatiſſimi· Pulſatum uiolatum· Virgil· lib· xij· Pulſatos referens infecto fœdere diuos· Producere dicitur longius ducere· Virg· æn libro ſecundo· Abnegat exciſa uitam producere Troia· Lucilius li· xxix· Et ſi retinere hunc uoles, ſi longius te producturum, & diutius· Mar· Tul· de ſenectute· Conuiuiumq; uicinorum quotidie completo, quod ad multam noctem, qd maxime poſſumus, uario ſermone producimus· Idem ὄνος πρὸς λύραν· Valete, & me palmulis producite· Producere proſequi· Virgilius libro octauo· Nec te tua funera mater Produxi· Producere inſtituere· Ter· adelph· Seni animam primum extinguerem ipſi, qui illud produxit ſcelus· Lucilius lib· xxyi· Ducunt uxores, producunt quibus hæc faciant liberos· Producere deducere· Ter· adelphis· O quin egomet produxi· Producere, foras ducere· Teren· heauton· Produxi, ac uendidi· Mar· Tul· in Verrem frumentaria· Quid opus eſt lolio? nemo tuorum amicorum, nemo abs te productus, nemo interrogatus· Lucilius libro· xxx· Producunt me ad te, tibi me hæc oſtendere cogunt· Proluuies, & illuuies ſignificantiam habent parem, & eſt immundicia· Virgil· geor· li· iij· Fœdiſſima uentris Proluuies· & reſpiciamus dira illuuies· Teren· heauton· Pannis obſita, neglecta immunda illuuies· proluuium profuſio· Ter· adelphis· Quod proluuium? quæ hæc ſubito largitas?

Proiectum dicitur dimiſſum, derelictum· Virgilius lib· yi· Proijce tela manu· Idem bucolicis· Non ego uos poſthac uiridi

proiectus in antro. Proiectum longe iactum, extenſum. Mar. Tul. de ſignis. Sed quod erat huiuſmodi loco, atq; ita proiecta in altum. Virgilius æneidos libro tertio. Proiectaq; ſaxa Pachyni Radimus. Mar. Tul. de repu. lib. ij. Iuſtitia foras expectat, & proiecta tota eſt, atq; eminet. & de orat. lib. iij. brachium procerius proiectum, quaſi quoddam telum orationis. Proiectum ſubtractum. Mar. Tul. philippicarum lib. quarto. Quid hoc, ſicut fiat clàm te ex urbe proieceris. Præſtringere obtenebrare. Plautus milite glorioſo. Præſtringat oculorum aciem in acie hoſtibus. Præſtringere, attingere. Mar. Tul. de ſignis. Ignoſcite, rei magnitudo me breuiter præſtringere atrocitatem criminis nõ ſinit. Præſtringere radere. Mar. Tul. phlippicarum libro tertio. Cuius quidem uomere portam Capuæ penè præſtrinxiſti. Poſcere accipere. Varro Parmenone. In argumentis Cæcilius poſcit palmam, in ethesin, Terẽtius, in ſermonibus, Plautus. Poſcere ſignificat petere. Virgilius lib. xij. Poſcit equos, gaudetq; tuens ante ora frementis. Plautus aulul. Vbi ſiquid poſcas usq; ad rabiem poſcas prius. Varro γνῶθι σεαυτόν. Non ſub tilijs, ac plaudes, & ab aratro poſces aſtrictam coronam. Poſcere prouocare. Virgil. lib. octauo. Aut acrem dubites in prælia poſcere Turnum. Mar. Tul. prima & ſecunda actione in Verrem. Poſcunt maioribus poculis. Poſcere aduerſari. Virg. lib. V. Equidem ſic poſcere uentos Iandudum, & fruſtra cerno te tendere contra. Proferre, palàm facere. Lucilius lib. xxvij. Proferat ergo iam noſter ordo ſcelera, quæ in ſe admiſerit. Proferre protendere. Mar. Tul. de repu. libro tertio. Sapientia iubet proferre opes, amplificare diuitias. Penetrare cum ui ingredi, ſicuti plerunq;. Penetrare exire proripere. Plautus trinummo. Quo illic homo fortaſſe penetrauit ædibus. Pariter ex æquo. Næuius decuma. quid prophanari modo ſi treis menſes in æde, ut pariter diſpertiam. Afranius abducta. diſpartiantur patris bona pariter. Pariter conuenienter. Titinnius prælia. Næ tu iſtum ædepol inedia extuliſti pariter, ut dignus fuit. Pariter ſimiliter. Afranius homine. Tibi in utraq; parte pollet, & pariter poteſt. Pacuuius nitra. Pariter te eſſe erga illum uideo, ut illum te erga ſcio. Plautus aulul. Is ex ſe hunc reliquit, qui hic habitat, filium pariter moratum, ut pater, atq; auus eius fuit. Poſterius dicitur tardius uel ſecundo. Poſterius minus. Plautus Aſinaria. Poſterius iſtuc dicas, quam credo tibi. Poſtulare intelligitur apertiſſime quam habeat ſignificationem, ut eſt poſcere. Terẽ. andria, Alios mores poſtulat, dehinc poſtulo & ſi æquum eſt, te oro Daue. Poſtulare uelle. Plautus Aſinaria. Vbi piem pietatem ſi iſtoc more morata tibi poſtulem placere mater mihi quo pacto præcipis? Idem aulul. Nam qui heri ex ſententia ſeruire ſeruus poſtulat. Paret obſequitur. Virgili. æn. lib. i. Paret amor dictis caræ genitricis. Paret uidetur, oſtenditur. Virgilius lib. x. Cui pecudum fibræ, cœli cui ſydera parent. Portenta dicuntur, quæ aliquid portendunt, ut ſæpe. Portenta inania quædam, & irridenda. Cicero Thuſcu. lib. i. Aut quid negotij eſt hæc poetarum, & pictorum portenta conuincere? Protinus ubicunq; lectum eſt contra uſum intellectus communis, quo ſtatim ſignificare creditur, poſitum inuenitur, ut ſit protinus porrò, ac ſine intermiſſione, continuóq; uictum. Tenus eius ſignificantiam confirmat aduerbij. Virgilius nanq; in quocunq; loco poſuit protinus, ſub hoc ſenſu intelligendum reliquit. Et quoniam nonnulli ueterum pro eo, quod protinus eſt, protinam uel protinis conuerterunt, exempla de his neceſſaria decerpenda ſunt. Afranius epiſtola commiſſa. Tum protenis recta domum digredimur. Plautus aſtrauata. Dare pedibus protinam ſeſe ab his regionibus. Idem curculione præpoſitione addita. Officium ubi proſpexi exinde me ilico protenam dedi quaſi in longam fugam. Næuius colace. Vbi uidi exanimabiliter timedus pedibus protinam me dedi. i. pedibus longius fugi. Varro etiam de lingua latina lib. vi. Vel protinam, uel protinus cõtinuatione, uel præteritæ, uel futuræ lõgitudinis dicit, & tamen, quoniam (ut mihi uidetur) poteſt eius aduerbij enuntiatio uaria ſignificantia eius mutata pro locis, exemplis teſtibus deſignanda eſt. Protinus inſequenter deinceps. Virgil. georg. libro quarto. Protinus aerij mellis cœleſtia dona Exequar. Et in æn. Protinus Antæum, & Lucam prima agmina Turni Perſequitur, & protinus Orſilochum, & Buten duo maxima teucrum Corpora. Et, protinus aerias fæta cum abſcondimus arces. Protinus iugiter, & continue. Siſenna hiſtoriarum libro primo. Nocte conſumpta poſtero die per incertas uias Eſerniam, inde Romam protinus profugerant. Idẽ libro quarto. Caſtra de Paniæ conuertit in montes, ut crebro ferculis protinus procedundo poſſet intra fines Aeſculapiorũ peruenire. Tubero hiſtoriarum lib. i. Siquid à parentibus acceptum protinus antiquæ memoriæ tradiderunt. Virg. lib. x.

Huic frater ſubit Alcanor, fratremq; ruentem
Suſtentat dextra traiecto miſſa lacerto
Protinus haſta fugit, ſeruatq; cruenta tenorem.

Idem,

Mos erat heſperio in latio, quem protinus urbes
Albanæ coluere ſacrum.

Et æneidos libro tertio.

Hæc loca ui quondam, & uaſta conuulſa ruina
Tantum æui longinqua ualet mutare uetuſtas
Deſiluiſſe ferunt, cum protinus utraq; tellus
Vna foret.

Et libro octauo.

Felix ſi protinus illum
Aequaſſet nocti ludum, in lucemq; tuliſſet.

Protinus ſtatim. Virgilius æneidos libro quarto.

Protinus ad regem curſum detorquet Hiarbam.

Protinus longe porrò. Virgilius libro ſeptimo.

Cornuq; recuruo
Tartaream intendit uocem, qua protinus omne.
Intonuit nemus, & ſyluæ intonuere profundæ.

Idem li. viij.

Nam memini Heſionæ uiſentem regna ſororis.
Laomedontiaden Priamum Salamina petentem.
Protinus Arcadiæ gelidos inuiſere fineis.

Protinus ualde. Virgilius bucolicis.

En ipſe capellas.
Protinus æger ago hanc etiam uix Tityre duco.

Vt ſit animo, & corpore ualde æger, Aut, ſi aliud enuntiat, refertur ad illud, ut ſit lõge porrò ago. Ad ipſum hactenus licet, ut præpoſitionem acceperit, & ut præpoſitionem, uariet tamen maxime finem, terminumq; deſignat. Virgil. geor. libro ſecundo. Hactenus aruorum cultus, & ſydera cœli. Idem libro. xi. Laterum tenus hiſpida nanti Frons hominem præfert, Idem libro. ij. Capulo tenus abdidit enſem. Idem georg. libro. iij. Et Crurum tenus amento palearia pendent. Idem æn. li. iij. & pulchro pectore uirgo pubetenus. Parumper, ut ſæpe, interim, & paruo tempore. Parumper cito, & ualociter. Virgilius libro ſexto.

Pulſusq; parumper
Corde dolor, triſti gaudet cognomine terræ.

Ennius annalium libro primo.

Te nunc ſancta precor uenus, & genitrix patris noſtri,
Vt me de cœlo uiſas cognata parumper.

Idem eodem.

Inde tuetur ibi lupus fœmina conſpicit amneis.
In campo celeri paſſu premens parumper.
Conijcit in ſyluam ſeſe.

RESTARE Dicitur ſupereſſe. Teren. andria. Reſtat Chremes, qui mihi exorãdus eſt. Mar. Tul. de ſenectute. Nec cum æqualibus ſolum, qui pauci admodum reſtant, ſed cum ueſtra etiam ætate. Virg. æn. li. ij. Aut quid iam miſero mihi deniq; reſtat? Reſtare reſiſtere. Virgi. æn. lib. quarto. Hoc ſolum nomen quoniam de coniuge reſtat. Mar. Tul. de finibus bonorum, & malorum. Nullam quærentes uoluptatem ſtoici reſtant. Religio eſt deorum cultura. Virg. æn. libro ſeptimo. Relligione patrum multos ſeruata per annos. Religioſos quoq; dies infames, uel infauſtos libro undecimo commentariorum grammaticorũ Nigidius appellauit. Mar. Tul. ad Atticum. Non maiores noſtri funeſtiorem diem eſſe uoluerunt alienſis pugnæ, quàm urbis captæ, quod hoc malum ex illo, itaq; aliter religioſos etiam nunc dies, aliter in uulgus. Religio metus, uel ſolicitudo. Varro ἀνθρωπουργία, ἢ περὶ γενεθλίων. Non fit theſaurus non auro pectus ſolutum, non auaris demunt animis curas, ac religiones perſarum montes, non atria diuites Craſſi. Lucretius libro primo.

Humana ante oculos fœde cum uita iaceret.
In terris oppreſſa graui ſub relligione.

Virgilius lib. octauo.

Iam tum relligio pauidos terrebat agreſtes
Dira loci.

Teren. andria. Dignus es cum tua relligione hac odio, nodum in ſcirpo quæris. Lucilius lib. xxviij. Anno uertente dies tetri miſeri, ac relligioſi. Mar. Tul. de offi. libro ſecundo. Item eſt habendum religioni nocentem aliquando modo nefarium, impiumq; defendere. Rarum conſuetudine infrẽquens ſignificat. Virgilius æn. libro. ix. Qua rara eſt acies, interlucetq; corona. Mar. Tul. de offic. lib. i. Si ad hoc genus caſtigandi raro inuitiq; ueniamus. Rarum electum. Virgi. geor. libro quarto. Hic rarum tamen in dumis holus. Ruere eſt decipi. Mar. Tul. de offic. lib. iij. Si hæc non ex tempore pati ruere, & per uenditorem in maximam fraudem incurrere. Ruere ſignificat cadere. Virgilius æn. lib. ij. Ruit alto à culmine Troia. M. Tul. de ſupplicijs. Quæ cum accidunt nemo eſt, qui intelligat ruere illam rempu. Ruere effundi. Virgilius libro ſexto. Vnde ruunt totidem uoces reſponſa ſibyllæ. Idem geor. lib. iij. Ruit arduus æther. Ruere irruere ſine cautela. Virgilius lib. x. Quò moriture ruis, maioraq; uiribus audes? Lucilius lib. xxx. Ruis hæc, & colligis omnia furtim. Ruere eruere, leuare, Virgil. libro. xi. Et confuſa ruebant oſſa focis. Idem æneidos libro primo. Totumq; à ſedibus imis Vna eurusq; notusq; ruunt. Ruere diruere, complanare Virg. geor. libro. i.

Quid dicam iacto qui ſemine cum minus arua
Inſequitur, cumulosq; ruit male pinguis arenæ.

Ter. adelphis. Cæteros ruerem, agerem, raperem, tunderem, et proſternerem. Ruere, erigere, extollere. Virgilius geor. lib. ij. Et ruit atram ad cœlum picea Craſſus caligine nubem. Idem æn. lib. ij. Vertitur interea cœlum, & ruit oceano nox. Ruere diuidere. Virgil. æn. libro. i. Et ſpumas ſalis ære ruebant. Rigidum, frigidum. Virgilius geor. lib. ij. Tellurem borea rigidam ſpirãte moueri. Rigidum, erectum. Virgilius bucolicis. Tunc rigidas mutare cacumina quercus. Idem geor. libro. i. Et curuæ rigidum falces formantur in enſem. Rigidum durũ. Virgilius geor. lib. iij. Veſtesq; rigeſcunt Indutæ cæduntq; ſecuribus humida uina. Relatum dicitur perlatum, dictum. Mar. Tul. ad Cæſarem iuniorem libro primo. Sed hæc uidebimus, cum legati reſponſa retulerunt. Relatum conuerſum. Virgilius lib. xi. Multa dies, uariusq; labor mutabilis æui Retulit in melius. Reddere reponere. Plautus muſtel. Tempeſtas uenit, confringit tegulas, imbricesq; ibi dominus indiligens reddere alias neuult. Reddere dicitur acceptum reſtituere. Teren. Phor. Siquis quid reddit magna habenda eſt gratia. Reddere facere. Lucilius lib. xxix. Pluteos excutit, tectaq; & teſtudines reddet. Reddere aduehi. Virgil. æn. lib. vi. Redditus his primum terris. Reddere exponere, & dare. Plautus aulul. Tibi ego rationem reddam ſtimulorum ſeges? Remi ſunt nauales pedes, ſicuti plerunq;. Virgilius libro. V. Quam deinde Cloãthus Conſequitur melior remis, ſed pondere pinus Tarda tenet. Referre recenſere. Virgilius bucolicis. Cogere donec oues ſtabulis, numerũq; referre iuſſit. Referre aſcribere. Varro eumenidibus. Forẽſes decernũt, ut exiſtimatio nomen meum in ſanorum numerum referat. Referre perferre, indicare. Virgilius æn. lib. ij. Referes ergo hæc, & nuntius ibis Pelidæ genitori. Lucilius lib. xxxvi. Quod is intelligebat poſſe haud paucos rettuli. Referre oſtendere. Lucretius li. i. Vnde refert nobis uictor quid poſſit oriri Quid nequeat. Referre reuocare. Virgil. lib. xi. Ille pedem referens, & inutilis, inq; ligatos Cædebat. Mar. Tul. de ſignis. Cum iam ſatis perſpexiſſe uideretur, tollere incipiunt, ut referrent. Idem de offic. li. ij. Vt eò, unde digreſſa eſt, referat. Plautus aſinaria. Quo magis te in altum capeſſis, æſtus te in portum refert. Referre reddere. Virgilius libro octauo. O mihi præteritos referat ſi Iuppiter annos, qualis eram. Lucilius lib. xxix. Quod te intromiſi gratiam referat mihi. Rimari dicitur ſcrutari, quærere. Virgil libro. xi. Et partes rimatur apertas. Idem libro ſeptimo. Quod cuiq; repertum Rimanti telum ira facit. Pacuuius Atalanta. Cum incultos perueſtigans inrimare ſinus. Accius Ilione. Aut ſtagnorum humorem rimarem loca. Varro lege munia. Admirantes quod ſereno lumine conniuiſſet oculis, cœli rimari plagas. Rimari expleri. Virgilius lib. vi. Rimaturq; oculis, habitatq; ſub alto Pectore. Rimari inhabitare. Virgil. georgi. lib. i. Dulcibus in ſtagnis rimantur prata cayſtri. Rumpere ſignificantiam habet manifeſtam. Virgil. libro. vij. Rumpimus inuite tua uincula, ut plerunq;. Rumpere defatigare. Ter. Ecyra. Vt me ambulando rumperet. Afranius epiſtola. Ego miſera riſu clandeſtino rumpier. Lucilius lib. xxx. Quæ quondam populi oris aures pectora rumpit. Idem libro xxvij. Contemptum cum me ruperint ſumma omnia fecerim. Rumpere diſijcere. Virgil. bucolicis. Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis. Rumpere retentum proferre, diu tacita dicere. Virgilius libro. x. Quid me alta ſilentia cogis Rumpere? Ter. Eunucho. Iam me rumpere hoc mihi licet gaudium? Rumpere introire. Idem in eadem. Ceſſo huc introrumpere. Rogare poſcere. Lucilius lib. xxvi. Ferri tantum, ſi roget me, non dem, quantum auri petit, ſi ſe iubit, & ſi quoq; à me, quæ roget non impetret. Plautus Aſinaria. Spectandũ ne cui nam ullum det, neq; roget. Rogare dicitur deprecari, poſcere. Mar. Tul. in Verrinis in diuinatione. Rogare, & orare ne eos ſupplices aſpernaret. Virgilius æneidos libro primo. Littusq; rogamus innocuum. Rogare quærere ſuſcitari. Mar. Tul. ad Cæſarem iuniorem lib. i. Rogo ipſum, quemadmodum ego eum Arimini acceperim. Teren. andria. Accedo ad pediſſequas, quæ ſit rogo. Rogare inſtituere. Mar. Tul. philippicarum libro. ij. Ego ad eam belli ciuilis cauſam attuli, ego leges pernicioſas rogaui. Lucilius libro. xxvij. Conſilium patriæ, legumq; oriundus rogator. Remiſſum lætum. M. Tul. de orat. Quis unquam leges præter hunc tragicas pœne comicæ triſtis remiſſe. Remiſſum ſignificat conceſſum. Virgilius li. x. Manibus, & cineri, ſiqua eſt ea cura, remitto. Remiſſum miſſum. Lucilius libro. xxix. Cohibet domi mœſtus ſe Albinus repudium, quod filiæ remiſit. Remittere delectare. Mar. Tul. in Hortenſio. Quæro enim nõ quibus intendam animum rebus, ſed quibus relaxem, ac remittam. Idẽ de ſenect. ſed tamen eſt ſenis ſermo qetus, ac remiſſus.

Recipere promittere, polliceri. Varro bimargo. ebrius es Marce ὀδύσσειαν enim Homeri ruminari incipis cum περὶ τρόπων ſcripturum te ſcio receperis. Recipere extinguere, proſternere. Virgilius libro nono.

Pectore in aduerſo totum cui comminus enſem
Condidit aſſurgenti, & multa morte recepit.

Recipere dictum eſt datum accipere. Recipere accipere. Mar. Tul. de offic. libro tertio. Cyrillum quendam ſuadentem, ut in urbe manerent, Xerxem'q; reciperent, lapidibus obruerunt. Varro Meleagris. quem idcirco terra non cepit, & cœlum recepit. Recipere reuocare. Lucilius li. xxix. Primum ex aduorſo, ſiquod eſt cœnaculum quo recipiat te. Virg. æn. libro. ij. Sic fata recepit ad ſeſe. Mar. Tul. de offic. lib. iij. Qui cum ad diem ſe recepiſſet, admiratus eorum fidem tyrannus. Recipere exceptum facere. Plautus trinumo. Vbi nunc adoleſcens habet poſticulum, hoc recepit, cum ædeis uenderet. Cicero de oratore lib. ij. Et dicis tecum ædeis uendere, ne imputes quidem, & cæſi ſolum tibi paternum recepiſſe. Redundare redire. Redundare abundare. Lucilius li. xxviij. Primo redundat aurum, ac theſauri patent. Redire manifeſtam habet ſignificantiam. Ter. andria. redeo inde iratus, atq; ægre ferens. Redire referri reuocari. Lucilius lib. xxvij. Si tamen nō ad te hoc rediuit, hoc carebis commodo. Virgilius geor. libro. ij. Redit agricolis labor actus in orbem. Rurſus ſignificat iterum. Virgilius æn. lib. ij. Rurſus in arma feror. Rurſus retro. Virgil. geor. libro tertio. Rurſus cura patrum cadere. Varro andabatis, mortales multi rurſus, ac prorſus meant. Ennius andromeda. Rurſus prorſus reciprocat fluctus feram.

Rumor, ut plerūq;, opinio eſt. Salluſtius hiſtoriarum libro ſecundo. Ad hæc rumoribus aduerſa in prauitatem, ſecunda, in caſum, fortunam, in temeritatem declinādo corrumpebant. Rumor fauor auxiliatio. Virgilius libro octauo. Ergo iter inceptum peragunt rumore ſecundo, ideſt proſpero fauore, & auxilio fluminis. Feneſtella annali. lib. xxij. Itaq; ut magiſtratum tribuni inierunt. C. Cato turbulentus adoleſcens, & audax, nec imparatus ad dicendum initionibus aſſiduis inuideat & Ptolemæo ſimul, qui iam profectus ex urbe erat, & P. Lentulo conſuli parenti iam iter cogitare, ſecundo qdem populi rumore cœpit. Ennius annalium libro ſeptimo. Legio reditu rumore ruinas mox auferre domos populi rumore ſecundo.

S

SVBLATVM Suſceptum. Virgilius libro nono. Troiæ'q; labores ſublatū erudijt. Sublatum dicimus remotum. Virgilius lib. xij. Sine me hæc haud mollia fatu ſublatis aperire dolis. Mar. Tul. philippicarum libro primo. Nō modo regno, ſed etiam regni timore ſublato. Lucilius li. xxx. Sublatus pudor omnis licentia fœnus refertur. M. Tul. de officijs libro tertio. Suſtulit quos obſtare itelligebat. Sublatum erectum. Virgilius libro ſexto. Sublata'q; dextra coruſcat. Terē. ecyra. Quia nobis paululum acceſſit pecuniæ, ſublati animi ſunt. Lucilius libro. xxx. Hic ut muſcipulæ tentæ, atq; ut ſcorpius auida ſublata. Mar. Tul. in Hortenſio. Eloquentia tueri, quam tu in cœlum Hortenſi credo, ut ipſe cum ea ſimul aſcenderis, ſuſtuliſſes. Sufficit ſignificat conſuetudine ſat eſt. Virgilius æn. lib. xij. Id'q; dudum dum terga dabant Pallantia teucri Sufficit. Sufficit ſubminiſtrat. Virgil. æn. lib. ij. Ipſe pater Danais animos, uires'q; ſecundas Sufficit. Sufficit durat. Virgil. lib. V. Nec nos obniti contra, nec tendere tantum Sufficimus. Idem lib. ix. Nec ſufficit umbo Ictibus. Sufficere ab inijciendo. Mar. Tul. in Hortenſio. Vt hi, qui conuiuij purpuram tuo ſufficiunt prius ſanè me medicamentis quibuſdam.

Suſpenſum placidum, ſilens. Teren. phor. Hæc ubi ego audiui ad fores ſuſpenſo gradu placide ire perrexi. Suſpenſum dicitur alte ligatum. Mar. Tul. in Verrem. Caput obnubito arbore infelici ſuſpenditur. Virg. lib. V. Quo tendit ferrum malo ſuſpendit ab alto. Suſpenſum ſolicitum. Virg. æn. lib. ij. Suſpenſi Euripylum ſcitatum oracula phœbi Mittimus. M. Tul. philippicarum. libro. vij. Aberat à ſententia ſuſpenſus à curis maioribus. Species dicitur effigies, facies. Liuius ægyſtho Iam ne oculis ſpecie læta uiri optabili. Species factum ſpectaculum. Virgilius æn li. ij. Non tulit hanc ſpeciem furiata mente Corœbus. Species imago. Mar. Tul. de offi. lib. iij. Tum ſcitis quia his bonum iudicet quod honeſtum, quæ autem huic repugnent ſpecie quadam utilitatis, Species, pulchritudo. Varro eumenidibus. Quæ caſta ætas, quæ ueſtis adoleſcentium, quæ teneris ſpecies. Segne tardum. Virgilius geor. libro tertio. En age ſegnes rumpe moras, & ſegne diſſimile. Virgil. æn. li. tertio. Haud illo ſegnior ibat Aeneas. Saltus conſuetudine à ſaliendo dicitur. Virgilius lib. viij. Tum demum ſaltu præceps ſeſe omnibus armis In flumum dedit. Saltus campi ſpatium. Virgil. georgi. lib. iij. Saltibus in uacuis paſcunt, & plena ſecundum Flumina. Subijcere eſt ſuptus iacere ſupponere. Virgilius geor. lib. quarto. Et ramea coſtis Subijciunt fragmenta. & lib. xi. Caudam'q; remulcens, ſubiecit pauitātem utero Mar. Tul. philipp. lib. ij. Ceruicas'q; ſuas ei ſubiecit ſecuri, qui multi minoribus in peccatis occiderunt. Subijcere ſurſum iacere, excreſcere. Virgilius bucolicis. Quantum uere nouo uiridis ſe ſubijcit alnus. Idem geor. lib. iiij. Ter flamma ad ſummum tecti ſubiecta reluxit. & lib. xij. Aut corpora ſaltu ſubijciunt in equos. Seruare liberare. Virgilius æneidos lib. iij. Seruatum ex undis ſtrophadum me littora primum Accipiunt. Seruare dicitur cuſtodire, tueri. Virgilius æn. lib. ij. Seruate domum, ſeruate nepotem. Idem lib. nono. Sola domum, & tantus ſeruabat filia ſedes. Seruare ſolicite, & ſuſpicioſe obſeruare. Lucilius lib. xxx. Quid ſeruas, quo eam, quid agam, qd id attinet ad te. Plautus aſina. tuus ſermo ſeruet, ueneri ne eas det. Virgil. geor. lib. i. Hoc metuens cœli menſes, & ſydera ſerua, Quod eſt Menandri τηρῶ τὸν ἥλιον τὰ τ᾽ ἄστρα. Seruare inhabitare poſſidere. Virgil. geor. libro quarto. Centum quæ ſyluas, centum quæ flumina ſeruant. Idem Immanem ante pedes hydrum moritura puella ſeruantem ripas. Seruare tenere. Virgilius libro. vij. curuam ſeruans ſub imagine falcem.

Supremum ſignificat extremum. Virgil. lib. xi. Qui ſupremum contentur honerem. Supremum ſurſum altum. Virgilius geor. lib. iiij. Clamore ſupremos implerunt montes. Terē. adelphis. Pro ſupreme Iuppiter. Plautus amph. Vt Iouis ſupremi multis hoſteis pacem expetam. Sæuum iratum. Virgilius æn. lib. i. Et ſæuum ambobus Achillem. Sæuum dicitur immitte. Virgil. æn. libro. i. ſæue memorem Iunonis ob iram. Lucilius lib. xxx. Et ſæuo, ac duro in bello multo optimus hoſtis. Idem libro. xxvi. Quod quæ te in tranquillum ex ſæuis tranſfer tempeſtatibus. Sæuum forte. Virgilius æneidos libro primo Sæuus ubi æacidæ telo iacet Hector. Sæuum potens. Idem in eodem. Non illi imperium pelagi, ſæuum'q; tridentem, Sed mihi ſorte datum. Sæuum durum. Virgilius libro. V. cum ſæuo, ſcopulo multa uix arte reuulſus. Lucilius lib. xxx. Id'q; tuis factis ſæuis, & triſtibus dictis. Superare eſt uincere. Ter. Eunucho. Superat ipſam thaidem. Virgilius bucolicis. Quid ſi idem certet phœbum ſuperare canendo? Superare abundare. Virgil. geor. lib. i. Si ſuperant fœtus, pariter frumenta ſequentur. Superare uiuere, ſupereſſe. Virgil. æn. lib. tertio.

Quid puer Aſcanius ſuperat'ne, & ueſcitur aura? Idem li. ij. Satis una, ſuperq; uidimus excidia, & captæ ſuperauimus urbi. Superare ſupereſſe. Virgil. georg. libro tertio. Præterea ſuperat gregibus cum læta iuuentus. Supare aſcendere. Idem in eodem. Superant montes, & flumina tranant, & grauido ſuperant uix ubere limen. Superare occidere. Virgilius æneidos libro primo. Clàm ferro incautum ſuperat. Stratum ſignificat iacens. Virgilius geor. libro quarto. Scernunt ſe ſomno diuerſo in littore phocæ. Stratum deiectum. Virgilius lib. x. Sternitur infelix Acron. Idem bucolicis. Strata iacent paſſim ſua quæq; ſub arbore poma. Stratum placatum, lenitum. Virgilius bucolicis. Et omne tibi ſtratum ſilet æquor. Stratum tectum. Virgil. geor. libro tertio. & multorum ſtipula filicumq; maniplis ſternere ſubter. & æn. lib. viij. Sternitur omne ſolum Telis. Stratum compoſitum extructum. Virgilius æn. lib. i. Miratur portas, ſtrepitumq;, & ſtrata uiarum. Secundum eſt numero, aut ordine ſecundum. Secundum iuxta. Virgilius geor. libro. iij. Saltibus in uacuis paſcunt, & plena ſecundum Flumina. Secundum proſperum. Virgilius libro. x & ſeruare modum rebus ſublata ſecundis. Mar. Tul. de officijs lib. i. Sic homines ſecundis rebus effrenatos. Teren. heauton. Si mihi ſecundæ res de amore meo eſſent. Mar. Tul. ad Cæſarem iuniorem lib. ij. ſcriptum erat equeſtre prælium ualde ſecundum, in his potius aduerſum. Secundum leue placidum. Virgilius geor. lib. quarto. Merſuſq; ſecundo defluit amni. Summiſſum ſignificat humile. Mar. Tul. de offi. li. i. Neq; ſummiſſum & tale, & neq; ſe efferentem. Virgilius æneidos libro tertio. Summiſſi petimus terram, & uox fertur ad aures. Summittere ſubdere ſupponere. Lucilius lib. xxviij. Summittas alios ſiquos poſſis cenſeas. Summittere demittere. Virgilius bucolicis. Paſcite ut ante boues pueri ſummittite tauros. Idem geor. li. iij. Tu modo quos in ſpem ſtatuis ſummitte regentis. Seuerum triſte. Varro eumenidibus. Tertia pœnarum infamia ſtans nexa in uulgi pectore fluctuanti itonſa coma ſordida ueſtitu, ore ſeuero. Seuerum graue cenſorium. Virgil. lib. vij. Romulidis, Tatioq; ſeni, curibuſq; ſeueris. Seuerũ aſperum trucem. Mar. Tul. in Hortenſio. Aliud ex ſyluis ſeuerum, & triſte. Virgil. lib. vij. Qui tetricæ horrentes rupes, montemq; ſeuerum. Seuerum ſæuum implacidum, uitabile. Virg. geor. libro tertio. Inuidia infelix furias, amnemq; ſeuerum Cocyti metuet. Mar. Tul. de offi. libro tertio. & qui perindulgens in patrem, Idem acerbe ſeuerus inquit in filium. Soluere uſu ſignificat enodare. Virgilius lib. vij. Soluite crinales uittas, capite orgia mecum. Soluere debitum reddere. Salluſtius Catilinæ bello. Argentum ære ſolutum eſt Mar. Tul. in Verrem diuinatione. Pro quo frumento pecunia omnis ſoluta non eſt. Soluere dimittere. Virgil. geor. lib. ij. Solue mares mitte in Venerem pecuaria primus. Soluere à curis liberum eſſe. Virgil. geor. libro. ij. Riſuq; ſoluto. Idem æn. lib. i. Soluite corde metum teucri. Soluere contemnere deſpicere. Virgil. æn. lib. iiij. Soluitq; pudorem. Soluere excipere. Idem libro decimo. Nec populos ſoluo.

Superbum arrogans truculentum, aſperum. Virgil. æn. libro tertio. Stirpis achilleæ factus, iuuenemq; ſuperbum. Idem lib. x. Te Turne ſuperbum Cæde noua quærens. Superbum uitabile. Virg. lib. viij. Foribuſq; affixa ſuperbis Ora uirûm triſti pendebant pallida tabo. Superbum elatum, altum. Virgil. geor. lib. tertio. Et greſſus glomerare ſuperbos. Idem libro ſeptimo. Atina potẽs, Tyburq; ſupbum. Superbum ornatum. Virgil. æn. lib. ij. Barbarico poſtes auro, ſpolijſq; ſuperbi Procubuere. Superbum opulentum. Virgil. lib. ix. Simul enſe ſuperbum Rãnetem aggreditur, qui forte tapetibus altis Extructus. Superbum iniquum. Virg. lib. ix. Quos illi bello profugos egere ſuperbo. Stare Conſiſtere omnium conſenſu dicitur. Virgil. lib. iij. Stare loco neſcit. Plautus amph. Ita ſtatim ſtant ad ſigna omnes. Stare iterum Horrere ſignificat. Titinnius ueliterna. Atq; illud ante partum comedet, fundi ſtabunt ſentibus. Cæcilius ſyracuſi. Hic amet familiæ fame pereant, agger autem ſtet ſentibus. Virgil. æn. lib. xij. Iam puluere cœlum ſtare uidet. Stare erigi prominere. Lucilius lib. xxix. Hic corpus ſolidum inuenies, hic ſtare papillas Pectore marmoreo. Stare fidem habere. Mar. Tul. de offic lib. ij. Facere promiſſa ſtare conuentis, reddere depoſita. Stare ualere, & conſtare, & fixum eſſe. Varro flexabulis περὶ ἐπαρχιῶν. Atq; ſi addam quanta miſericordia mea hæredibus meis ſtet, quod miſeros ſubleuauerim. Virgil. lib. x. Stat ſua cuiq; dies. Idem li. ij. Stat caſus renouare omnes. Stat etiam plenum eſt. Lucilius ſatyrarum lib. V. Interea ſtat ſentibus pectus. Virgilius bucolicis. Stant & impuberi, & caſtaneæ hirſutæ. Varro eumenidibus. Deniq; auarus,

Quis ſanus? cui ſi ſtet terra, & traditus orbis,
Furando tamen, ac morbo ſtimulatus eodem,
Ex ſeſe ipſe aliquid quærat, cogitq; peculi.

Siſenna libro nono. Cœlum caligine ſtat. Spiſſum denſum dicimus. Virgil. geor. lib. ij. Sin in ſua poſſe negabunt Ire loca, & ſcrobibus ſuperauit terra repletis. Spiſſus ager. Cicero de oratore lib. ij. Et principia tarda ſunt, & exitus tamen ſpiſſi, & producti eſſe debent. Spiſſum ſignificat tarde. Cæcilius Dardano. Nihil ego ſpei credo omnes res ſpiſſas facit. Titinnius gemina. Longus ſermo habetur reuertetur ſpiſſa. Afranius cædo. Itaq; ſpiſſum uidetur fieri non poſſunt domi meum uirum expectare, quem mihi ſtudeo iandudum dari. Idem matertera, quod defeſſa expectando domi ſedi, quod ſpiſſo uenire uiſum eſt mihi. Plautus pœnulo. E heu quos ego habui ariolos haruſpices, qui, ſiquid boni promittunt, pro ſpiſſo uenit, id quod mali, præſentarium eſt. Næuius gymnaſticho. At enim tu nimius ſpiſſe, atq; tarde incedis. Turpilius canephoro. Ita eſt, uerũ aut facile ẽ uenire illi ubi ſpiſſa eſt ſapientia. ſpiſſum eſt iter adipiſci aut poſſe, niſi cũ magna miſeria. Var. Myſterijs, naſcimur enim ſpiſſius, quàm emorimur. uix duo homines decem menſibus edolatum unum reddunt puerum. contra una peſtilentia auſtica acies puncto temporis immanes aceruos facit. Et περὶ πλοῦ, περὶ φίλου. Erraremus extrophas eſſe multas omnino totum eſſe, ſed ſpiſſum iter. Pacuuius hermona. Habet hoc in ſe cum pigra eſt ipſa, ut ſpiſſe omnia uideantur cõfiteri.

Statim mox dicitur. Cicero Verrinis. Statim Meſſanam literas dedit, ut Teleſinus ad ſe continuo ueniret. Statim producta prima ſyllaba à ſtando perſeueranter, & æqualiter ſignificat. Teren. phor. Bina talenta capiebam ſtatim. Plautus amph. Nec recedit loco, quin ſtatim rem gerat. Idem eadem. Ita ſtatim ſtant ſigna omnia. Ennius aiace. quis eſt cum achiuis geſſerunt ſtatim. Afranius Augure. Quanquam non iſtis exercere in locis hic noſter delaborat cum puer ſtatim. Superſtites dicimus, qui ſuperſint mortuis. Superſtites ueteres ponebãt incolumes. Teren. andria. Deos quæſo, ut ſit ſuperſtes. plautus Aſinaria, ſicuti tuum uis unicum gnatum tuæ ſupereſſe uitæ ſoſpitem, & ſuperſtitem. Virgil. li. x. Liceat ſupereſſe nepotem. Accius Alcmeone. Suos deſeruit liberos, ſuperſtites ſunt.

Spurcum ſæuum, uel ſanguinarium. Afranius diuortio. Mulier nouercæ nomen huc adde impium ſpurca gremio ueſtigia haud dici poteſt. Lucilius ſatyrarum libro quarto.

Eſerninus fuit flacco ore una equidem
Samnis, ſpurcus homo, uita illa dignus, locoq;
Cum Paciadiano componier, optimus multo
Poſt homines natos gladiator, qui fuit unus

Afranius fratribus·Commemorabo,oſtendam illius facta,& ſpurcæ improbi·Idem diuortio,ó dignum facinus adoleſcentis;optumas bene conuenientes,concordes cum uires repente uiduas faciat ſpurcatia patris·Varro lib·xx·rerum humanarũ·Nequis lectorem ſpurcum hominem liberum prehendere iuſſiſſe uelit·Spurcum uehemens,aſperum. Mar·Tul·ad Cæſarem iuniorem libro·ij·Cum iter facerem claternam tempeſtate ſpurcaſſima.Varro eumenidibus·Nunc de te inquit meliuſculam ſpem habeo,qui rem ſpurciſſimam guſtare uoluerim. Spurcum ſignificat obſcœnum,impurum lutulentum·Plautus Aſinaria·Tot noctes reddat ſpurcas , quot puras habuerit·Pōponius proſtibulo·Quæ pedibus nubere poterant,equites ſperant ſpurcæ·Spurcum etiam fœtidum· Plautus menæchmis·Nec iſto loco ſpurcatur naſum odore inlutibili·Lucretius li·yi.

Deinde uidere licet,quàm multæ homini res

Acriter infeſtant ſenſum ſpurcæq;,grauiſq;.

Idem in eodem·At contra nobis cœnum teterrima cum ſit ſpurcities·Lucilius libro undecimo.

Prætor noſter adhuc,quàm ſpurcus eſt ore quod omnis

Extra caſtra,ut ſtercus foras eiecit ad unum·

Idem libro xxyiij·Quæq; aſpectu ſunt ſpurca & odore. Siccum dicitur aridum,& ſine humore·Virgilius lib·V·Summa petit ſcopuli,ſiccaq; in rupe reſedit Siccum exercitum·Lucilius lib·xxyi·Cum ſtudio in gymnaſio in duplici corpus ſiccaſſem pila·Siccum dicitur & ſobrium,inauditum·Plautus aſinaria·Siccum,frugi continentem,amantem uxoris maxime·Idē pſeudulo·Vino modo cupide eſtis,eo uos,ueſtroſq; adeo pāti ces madefactatis cum ego ſim hic ſiccus·Cicero academicorum lib·ij·Alius adultis,alius ſenibus,aliis ægris,alius ſiccis,alius uinolentis·Varro,Cato uel de liberis educandis·Perſæ propter exercitationes pueriles modicas eam ſunt conſecuti corpore ſiccitatem,ut neq; ſpuerentur,neq; emungerentur,ſufflatoq; corpore eſſent·Siccum firmum·Marcus Tul·de ſenectute·Nullo imbri,nullo frigore adduci,ut capite operto ſit, ſummam eſſe in eo corporis ſiccitatem. Seges eſt frumenti fructus·Virgilius æn·lib·ij·In ſegetem ueluti cum flamma furentibus auſtris·Segetem terram·M·Tul·in Hortenſio·Vt enim ſegetis agricolæ ſubigunt aratris multo ante,quàm ſerant· Segetem etiam ipſam terram dicimus·Virgl·georgi·lib·iiij·Nec pecori opportuna ſeges,nec commoda Baccho Idem æneidos libro tertio·Arebant herbæ,et uictum ſeges ægra negabat·Plautus aulul·Tibi ego rationem reddam ſtimulorum ſeges,ideſt in qua ſtimuli eripi poſſunt·Accius œnomao·Ferte ante auroram radiorum ardentem indicem cum ſomno in ſegetem agreſtis cornuto ſcient,ut rorulentas terras ferro fidas proſcindant glebas, quæ aruo ex molli excitent·Idem andromeda·Quod beneficium aut ſterili in ſegete rex te obeſſe intelligis·Lucilius ſatyrarum libro·yij·Solem auram aduerſam ſegetem immutaſſe ſtatumq;·Varro ἀμουμεμαθὶς περὶ φιλαργυρίας. Etenim quibus ſeges præbeat domum,eſcam,potionem quid deſyderemus·

Sumere eſt accipere tollere·Virgilius libro·V·Sume pater·Salluſtius Iugurthæ bello·Epiſtolam ſuper caput in puluino temere poſitam ſumit·Mar·Tul·de ſignis·Iſte ununquodq; uas ſumere in manus,laudare,mirari·Lucilius lib·xxyiij·Omnia uiſcatis manibus leget,omnia ſumit·Crede mihi preſſe auferet omnis·& Plautus aulul·Non equidem ego qua uoluptate ſumpſi,neq; tetigi·Sumere ſuſcipere·Lucilius lib·xxyi·Hunc laborem ſumas,laudem qui tibi,ac fructum ferat·Cicero de finibus bonorum,& malorum libro·ij·Verum hoc loco ſumo de uerbis his eandem uim uoluptatis. Sumere etiam ſignificat eligere·Lucilius ſatyrarum lib·iij· Et ſpatium curando corpore honeſtum ſumemus·Plautus aulul·ſyluani lucus extra murum eſt auius,creber ſalictis oppletus,ibi ſumam locum·Lucilius ſatyrarum libro·x·Honorum iudicium craſſis eſt, ut deſcribimus ante,hoc eſt quid ſumam quid non in quoq; locemus·& lib·xix·Sume diem,qui eſt uiſus tibi pulcherrimus unus·Salluſtius Iugurthæ bello·Scilicet ut in tanta re ignarus omniū trepidet, feſtinet ſumat aliquem ex populo monitorem officij ſui. Mar·Tul·in Hortenſio.Quare uelim dari mihi lucullе iubeas indicem tragicorum ut ſumam,qui forte mihi deſunt·Sumere conducere·Mar·Tul·de offi·libro tertio·Quoad enim peruētum eſt eò,quo ſumptu uis eſt nō domini nauis, ſed nauigantiū.

Sufferre eſt ſuſtinere·Virg·æn·lib·ij Nec clauſtra,nec ipſi cuſtodes ſufferre ualent· Accius myrmidonibus, Ego me non peccaſſe planè oſtendam,aut pœnas ſufferam·Sufferre ſignificat dedere,uel ſupponere·Plautus Caſſina·Intro ad uxorem meam,ſufferamq; meum tergum ob iniuriam. Idem pœnulo. Vt enim ubi mihi uapulandum ſit,tu corium ſufferas· Accius Clytemneſtra·Aut ego illum eripiam,aut illi pœnam ſufferá Afranius prodigo·Nam me pudet,ubi mecum loquitur Numerius, aliquid ſuffero,græce irridet me ilico. Surgere creſcere,augere.Virgi·geor·libro primo·Queis ſine nec potuere ſeri,nec ſurgere meſſes·Idem æneidos libro quarto·Aſcaniū ſurgentem,& ſpes hæredis Iuli reſpice· Surgere erigi·Salluſtius hiſtoriarum libro·V·Sella ſurgere, caput aperire ſolitum·Ter·adelphis·Vt triduo hoc perpetuo prorſum é lecto nequeant ſurgere·Virgilius libro octauo.Surgit & ætherij ſpectans orientia ſolis Lumina· Sacrum eſt ſacratum,uel religioſum·Virgilius lib·yi·Cererīq; ſacrum Polybetem·Et lib·yij·ſceptrumq;,ſacerq; thyaras·Sacrum etiam ſceleſtum & deteſtabile,ita et conſecratum·Afranius fratribus·O ſacrum ſcurram & malum·Plautus pœnulo.

Venditq; has omnes,et nutricem,& uirgines.

Præſenti argento homini(Sileno eſt homo)

Quantum hominum terra ſuſtinet ſacerrimo.

Virgl·æn·libro tertio·Auri ſacra fames·Lucilius ſatyrarū lib·xy· Adde iſtos ſacer illoto colſō ſax ſyro fenix,quid facere eſt ſolitus·Turpilius demetrio,& iam me irridens peſſume, ac ſacerrume. Idem lyndia·Ab hinc triennium ſacerrumum domicilium hoc quidem contulit leno·Varro lege minia·Signata ſacra eſſe deſierunt,poſteaquam homines ſunt facti. Saucij dicuntur proprie uulnerati,non mœſti,ſicuti uult conſuetudo. Accius phœniſſis·Vbi nunc ueſtra mœnia omnes ſaucios conuiſit,ut curentur diligentius·Turpilius Epiclero·Patrocinantem ubi factum audiuerit ſaucius·Salluſtius hiſtoriarum lib·ij·Audiſq; ita,promptiſq; ducibus,ut Metellus ictu tragulæ ſauciaretur. Virgl·æn·libro·ij· Qualis mugitus fugit cum ſaucius aram Taurus·Idem libro ſeptimo.Saucius at quadrupes nota intra tecta refugit·Varro de uita populi Roma·lib·iiij·Itaq; multis ciuibus ex utraq; parte ſaucijs, multis occiſis fugatur.

Supplicium dicebatur damnatio,uel pœna·Virgilius æneidos libro quarto·Medijs(ſiquid pia numina poſſunt) Supplicia hauſurum ſcopulis·Supplicium rurſum ſupplicatio.Salluſtius Catilinæ bello·In ſupplicijs deorū magnifici·Accius epigonis·Nunc pergamus ſupplicijs placans cœlitum aras expleam. Afranius fratribus·Nullam profecto acceſſi ad aram,quin deos ſupplicijs ſumptu natis donis precibus plorans obſecrans nequiquam defatigarem. Samium eſt teſta. Lucilius ſatyrarum libro·xiiij·Et non pauper me uti ſamio,certoq; catino·Mar·Tul·de repu·lib·yi·Læli quàm omnes habemus in manibus,quam ſi imperia pontificum dijs immortalibus grata ſine ſamio,quæ ut his ſcribit capedines. Samium rurſum acutum,unde & ſamiare dicimus acuere, quod in ſamo hoc genus artis polleat·Lucilius ſatyrarum lib·yij· Hanc ubi

uult male

*uult male habere ulciſci procellæ eius teſtam ſumit homo ſaniam. Ibi an uno telo inquit præceſſit caulem teſtis, quæ una amputat ambo.* Spernere faſtidire. Virg. æn. li. iiij. *Comitém ne ſororem ſpreuiſti moriens?* Ter. Andria. *Quot modis contentus, ſpretus, facta, tranſacta omnia.* Spernere rurſum ſegregare. Ennius Hectoris lytris. *Melius eſt uirtute eius, nam ſæpe uirtute mali năſcuntur ius, atq; æquum ſe à malis ſpernit procul.* Subducere ſupputare. Ter. adelphis. *Nunquam ita quiſquam bene ſubducta ratione ad uitā fuit.* Lucilius li. xxix. *Eodem uno hic modo rationes ſubduceret ſuas.* M. Tul. in Hortenſio. *Non & ſine ea cogitatione ineundis, ſubducendisq; rationibus.* Idem de finibus bonorū, & malorum. *Qui autem eſſe poteſt, niſi te amor ipſe cepit, quod non ſubducta utilitas ratione efficiſolet.* Subducere ē ſurripere. Turpilius Lindia. *Ego interim in turba foras ſubduxi cum hacine.* Virg. bucolicis. *Et ſuccus pecori, & lac ſubducitur agnis.* Ter. eunucho. *Vbi primū potuerit ſe illi ſubducet ſcio.* Lucilius li. xxx. *Neu quis te ignoret famulis ſubducere.* M. Tul. in Hortenſio. *An cum uideat me & meos comites, fortitudinem magnitudinem animi, patientiam, conſtantiam, grauitatem, fidem, ipſa ſe ſubducat.* Subducere etiam ſurſum ducere, leuare. Turpilius paratelusa. *Cum antehac uidebam ſtare triſtis turbido uultu, ſubductis cum ſupercilijs ſenes.* Varro heurenæ lapaſtoponia. περὶ καθηκόντων. *Ego unus ſcilicet antiquorum hominum ſubductis ſupercilijs dicam* ταμιεῖον συνέχων. Salluſtius Iugurthæ bello. *Dein cunctos pleno gradu in collē ſubducat.* Virg. bucolicis. *Quà ſe ſubducere colles incipiunt.* M. Tul. de offi. li. iij. *Huic ille claſſem lacedæmoniorum, quæ ſubducta eſſet ad cythæum clàm incendi poſſe.* Plau. aulul. *ut in puteo cœnam coquā, inde coctā ſurſum ſubducemus corbulis.*

Stupidus eſt obſtupefactus. Stupidus ſtultus, iniquus. Var. περὶ ἐσχάτων, *Andromeda iuncta, & propoſita cito non debuit pari ſuo homini ſtupidiſſimo in os expuere uitam.*

Suſpicere eſt ſuſum aſpicere. Virg. æn. li. i. *Et faſtigia ſuſpicit urbis.* Varro agathone. *Et pueri in ædibus ſæpius pedibus offenſant, dum recentes muſteos in carnario fluitare ſuſpiciūt.* Suſpicere eſt ſuſpectum habere. Salluſtius Iugurthæ bello. *Per idem tempus Bomilcar, cuius impulſu Iugurtha deditionem, quam metu deſeruit inceperat ſuſpectus regi, & eum ſuſpiciens nouas res cupere, & perniciem eius dolo quærere.* Virg. æn. li. ij. *Suſpectáq; dona præcipitare iubet.* Et Cicero de orat. *Quo prudentia hominibus grata eſt, lingua ſuſpecta.*

Subigere acuere. Virg. lib. yij. *ſubiguntq; in cote ſecures.* Subigere exercere, mollire. Cicero de orat. lib. ij. *Subacto mihi ingenio opus eſt, ut agro non ſemel arato, ſed nouato, & iterato.* Subigere eſt ſuperare, & ſub ditione habere. Virg. æn. li. i. *Ternaq; tranſierint rutulis hyberna ſubactis.* Siſenna hiſt. li. iiij. *Terrore perturbatam multitudinem ſubigunt.* Subigere exarare. M. Tul. de ſenectute. *Cum autem admiraretur Lyſander proceritatem arborum, & directos in quincuncem ordines, & humū ſubactā, atq; purā.* Subigere mollire uel exercere. Virg. geor. lib ij. *Aut ſcrobibus mădet mutata ſubactis.* Lucil. li. xxx. *An ego te acuam, atq; animoſam teſſalam, ut indomitam frenis ſubigam ante, domemq;.* M. Tul. in Hortenſio. *ut enim ſegetes agricolæ ſubigunt aratris multo ante, quàm ſerant.* Idem de ſenect. *ſed etiam ipſius terræ uis, ac natura delectat, quæ cum gremio mollito, & ſubacto ſparſum ſemen excepit.* Subigere cogere. Virg. geor. li. iij. *Et ſæpe ſuperbos cornibus iter ſe ſubigit decernere amanters.* Idem li. yi. *Caſtigatq;, auditq; dolos, ſubigitq; fateri.* Lucilius li. xxx.

*Tu'ne iugo iungas me ante, & ſuccedere aratro.*
*Inuitum, & glebas ſubigas proſcindere ferro.*

Plautus mercatore. *Mirum quid me ſubigitaret.*

Summum ſignificat quod omnibus ſit altius. Virg. æn. li. iiij. *Summoq; ulularunt uertice nymphæ.* Idem li. xij. *Apicem tamen incita ſummum haſta tulit, ſummasq; excuſſit uertice criſtas.* Summum proximum. Cicero thuſ. li. i. *Summam aquam attinget enectus ſiti Tantalus.* Summum extremum. Virg. æn. lib. ij. *Venit ſumma dies, & ineluctabile tempus Dardaniæ.* Lucilius li. xxyi. *Scurilitatem ſumma ſcabie, ſumma erumna obrutam.* M. Tul. in Hortenſio. *Vixit ad ſummam ſenectutem, ualetudine optima.* ſummum glorioſum, laudabile. Virg. li. yiij. *Me'ne igitur ſocium ſummis adiūgere rebus Niſe fugis?* Ennius andromacha. *Hæc malos annos, multosq;, longéq; ab domo bellum gerentes ſummum, ſumma induſtria.* Spectare dirigere. Lucilius li. xxx. *Quid ſibi uult, quare fit, ut intra uerſus ætate ſpectent, atq; ferant ueſtigia, ſed omnia prorſus.* M. Tul. de offi. li. iij. *Ad extremum ſi ad perniciem patris ſpectauit, patriæ ſalutem anteponam ſaluti patris.* Spectare eſt uidere. Virg. geor. li. i. *Heu magnum alterius fruſtra ſpectabis aceruum.* Lucretius lib. ij. *E' terra magnum alterius ſpectare laborem.* Virg. lib. xij. *Sedeant, ſpectentq; latini.* M. Tul. in Hortenſio. *Cœli ſignorum admirabilem ordinem, iſaciabilemq; pulchritudine magis ſpectat.* Spectare inſpicere, cauere. Plautus Aſinaria. *Spectandum, ne cui ănulum det, neq; roget.* Spectare probare. Cicero thuſ. lib. y. *Non igitur ex ſingulis uocibus philoſophi ſpectandi ſunt.* Terentius prologo Andriæ. *ſpectandæ, an exigendæ ſint uobis prius.* Virgilius libro octauo. *Sunt nobis fortia bello Pectora, ſunt animi, & rebus ſpectata iuuentus.* M. Tullius de officijs libro ſecundo. *Qui ſimulac iuuenes eſſe cœperunt magna ſpectare, atq; ad ea rectis ſtudijs debent contendere.* Varro γνῶθι σεαυτόν. *Qui ſint ſecundum naturam perfecti homines, ut non modo eos ſpectemus, ſed etiam imitemur.*

Stringere percutere. Virg. æn. lib. x. *Atq; animum patriæ ſtrinxit pietatis imago.* Stringere nudare, uel exercere. Virg. æn. li. xi. *Strictum rotat acer Lucagus enſem.* Stringere rareſacere excidere. Virgilius bucolicis. *Hic ubi denſas Agricolæ ſtringunt frondes.* & geor. libro ſecundo. *Tunc ſtringe comas, tunc brachia tonde.* Stringere decerpere. Virgilius geor. libro primo. *Sed tamen & quernas glandes tunc ſtringere tempus, & lauri baccas.* Varro de re ruſtica libro ſecundo. *Quod non ſolum celeriter præterire ſtringere uacant, ſed etiam te tranſglubit.* Stringere radere. Virgilius libro octauo. *Ego ſum pleno quem flumine cernis Stringentem ripas.* Stringere uulnerare. Virg. li. yiij. *Hunc primo leuis haſta Camillæ ſtrinxerat*

Succedere dicitur in alterius locum uenire. Virgilius libro decimo. *Interea ſoror alma monet ſuccedere lauſo turnum.* Tullius de offi. libro tertio. *Atqui quodam quaſi ueneno perficiat, ut ueros hæredes moueat, ut in eorum locum ipſe ſuccedat.* Succedere ingredi. Virgilius libro octauo. *Et noſtris ſuccede penatibus hoſpes.* Afranius excepto. *Audite pueri, pauca uos ſuccedite.* Subit in memoriam reducitur. Virgilius æneidos libro ſecūdo. *Subijt deſerta creuſa, Aſcaniusq;, omniſq; domus* Subire ſignificat ingredi. Virgilius libro octauo. *Hæc inquit limina uictor alcides ſubijt.* Lucilius libro. xxyiij. *Pueri præterea noſtris qui ſubeant iubet.* Subire ſuccedere. Varro ſexageſi. *In quarum locum ſubierunt inquilinæ impietas, perfidia, īpudicitia impudētia.* Subire ſubdere, ſupponere. Virg. *Aeneas ſubijt mucronem, ipſumq; morando ſuſtinuit.* ſubire naſci, ſuccreſcere. Virg. geor. li. i. *Ne ſubeant herbæ, neu puluere uicta fatiſcat.* Subire aggredi, ſuccedere. Virgilius. *Phadumq;, Hebeſumq; ſubit.* Subire reſiſtere, reſpondere. Marcus Tullius in Verrē diuinatione. *Poteris ne eius orationē ſubire.*

Secare dicitur excidere. Virgilius libro octauo. Qualis Nereia clothó, Et galathea ſecant ſpumantem pectore pontum. Secare ſequi, unde & ſectatores bonorum ſectores dicti ſunt. Virgilius libro decimo. Quæ cuiq; eſt fortuna hodie quā q́ſq; ſecat ſpem. Squalidum ſicuti plerunq; dicitur ſordidū. Virgilius æneidos libro ſecundo. Squallentem barbam, & concretos ſanguine crines. Squalidum fulgens. Virgilius libro decimo. Per tunicam ſquallentem auro latus haurit apertum.

Scitum elegans. Terentius andria. Perecaſtor ſcitus puer natus eſt è Pamphilo. Marcus Tullius in Verrem actione Sicilienſium. ut etiam nos qui rudes harum rerum ſumus intelligere poſſimus ſcite facta, & uenuſte. Sedet ſignificatio nē habet claram. Virgilius, Turnus ſacrata ualle ſedebat. Sedet placet. Idem quinto. Id'q; pio ſedet Aeneæ probat author Aceſtes. Suſtulit eſt ſuſum tulit, erexit. Virgilius æneidos libro ſecundo. Suſtulit exutas uinclis ad ſydera palmas. Suſtulit abſtulit. Marcus Tullius philipp. libro ſecundo. Eos qui regni nomen ſuſtulerint, deſerendos putatis. Virgilius geor. libro primo. Suſtulerit fragileis calamos, ſyluam'q; ſonantem. Spargere ſignificat diſtillare. uel guttatim infundere. Virgilius libro. xij. Spargit rapida ungula rores ſanguineos. Idem libro quarto. Spargens humida mella, ſoporiferum'q; papauer. Spargere madefacere. Lucilius libro. xix. Latere pendens ſaxa ſpargens tabo & ſanguine atro. Virgilius. Spumant aſpergine cautes. Spargere ſeparare. Virgilius geor. libro quarto. Diſcerptum latos iuuenem ſparſere per agros Spargere implere. Virgilius æneidos libro undecimo. Et iam prima nouo ſpargebat lumine terras. Signare eſt deſignare oſtendere. Lucilius libro. xxix. Si Socrates in amore, & in adoleſcentulis meliore paulo facie ſignat, nihil'q; amaret. Signare imprimere. Virgilius in geor. Et ſummo ueſtigia puluere ſignent. Signare diſcernere ſeparare. Lucilius libro xix. Nam ut diſcrimen non facit, neq; ſignat linea alba.

Solidi ſignificatio manifeſta eſt. Virgilius libro ſexto. Solido'q; adamante columnæ. Solidum continuum iuge. Varro ſeſquiulyſſe. Nauibus duodecim dum profectum decem annos ſolidos erraſſet. Subnixum ſubditum. Virgilius æneidos libro ſecundo. Iuuenem'q; ſuperbum ſeruitio enixæ tulimus. Subnixum enixum. Virgilius æneidos libro quarto. Meonia mentum mitra, crinem'q; madentem ſubnixus rapto potitur. Subnixum ſublime, hoc eſt ſuſum nixum. Cœlius annalium libro primo. Et latini ſubnixo animo, & uictoria inerti conſilium ineunt.

T

TAndē ſignificat uix, ut apud Ciceronem. Tandem aliquando Quirites. Virgilius æneidos libro tertio. Ergo inſperata tādem tellure potiti. Tandem ſignificat, tamen. Titinnius gemina. Symphonia odioſum tādem ut moribus placeam uiro. Tamen ſignificat ſtatim. Plautus rudente, utinā fortuna, nunc ego an thracina uterer, ut poſtquam exiuiſſem ex aqua, arerem tamen. Virgilius bucolicis. Hic hœdos depone, tamē ueniemus ad urbem. Tamen ſignificat tandem. Pacuuius periboea. Tamen obfirmato animo muteſcit metus. Salluſtius hiſtoriarum libro tertio. Nam qui enare conati fuerant icti ſæpe ferramentis nauium, tamen aut uulnerati à ſuis, aut afflicti undarum ui multato fœde corpore poſtremo periere. Triſte. Virgilius. Et pluuio contriſtat frigore cœlum. Idem bucolicis. Triſte Lupus ſtabulis, maturis frugibus imbres. Terentius Andria, caue ne te pater triſtem ſentiat. Ter. triſtis ſeueritas ineſt ī uultu, atq; in uerbis fides. Triſte amarum. Virgilius geor. libro primo. Triſtis'q; lupini. Suſtuleris fragiles calamos. Triſte minax. Virgilius æneidos libro ſecundo. Is'q; adytis hæc triſtia dicta reportat. Triſte graue. Marcus Tullius de repu. lib. ſexto. Qui numero optimatum, & principum obtulit his uocibus, & grauitatis ſuæ liquit illum triſtem, & plenum dignitatis ſonum. Triſte difficile. Marcus Tullius de ſenectute. Facilius in morbos incidunt adoleſcentes, grauius ægrotant, triſtius curantur. Triſte nigrum. Virgilius geor. libro tertio. Aut tonſum triſti contingunt corpus amurca. Triſtis iratus. Afranius epiſtola. Iactauit ſeſe iactet mihi erit triſtior. ideſt iratior. Idem eadem. Idem natura triſtiori paululo. Triſtis doctus. Varro trifodite trifolio περὶ ἀρετῆς. Illud uero quondam meæ, ut ego non metuam fulmen non haruſpicem triſtem ſimul ac dici non quæro. Lucilius libro. xxyiij. Adde eodem triſtis, ac ſeuerus philoſophus. Trahere per terram ducere. Virgilius æneidos libro primo. Lora tenens tamē huic ceruix'q;, comæ'q; trahuntur per terram. Trahere, rurſus leuare. Marcus Tullius de deorum natura libro ſecundo. Et regere, qui foſſione terram fumare calentem, atq; etiam ex puteis iugibus aquam calidam trahit. Plautus amph. Ego illi puteo, ſi occepſo, animam omnem intertraxero. Tardum ſignificat pigrum lentum. Virgilius geor. libro primo. Sæpe oleo tardi coſtas agitator aſelli. Terentius eunucho. Fatuus eſt inſulſus tardus. Tardum diuturnum perſeuerantem. Virgilius geor. libro ſecundo. Media fert triſteis ſuccos, tardum'q; ſaporem. Tendere inhabitare, tabernacula, & hoſpitia ponere. Virgilius æneidos libro ſecundo. Hic Dolopum manus, hic ſæuus tendebat Achilles. Tendere inſidiari, decipere dictum à tendicula. Terentius phor. Quia non rete accipitri tenditur, neq; miluio. Tendere eſt proprie laxitatem diſtendere, & ſine rugis facere. Virgilius æneidos libro tertio. Tendūt uela noti. Idem libro ſexto. Tendebant'q; manus ripæ ulterioris amore. Tendere eſt dirigere. Virgilius æneidos libro primo. Per tot diſcrimina rerum tendimus in Latium. Idem libro ſecundo. Ad cœlum tendens ardentia lumina. Lucretius libro primo. Primum graius homo mortalis tendere contra eſt oculos auſus. Tendere contendere. Virgilius æneidos libro ſecundo. Ille ſimul manibus tendit diuellere nodos. Idem libro quinto. Aequo diſcrimine piſtris, centaurus'q; locum tendunt ſuperare priorem. Turpe eſt indecorum, informe. Virgilius æneidos libro ſexto. Et metus, & male ſuada fames, & turpis egeſtas. Idē geor. libro tertio. Scabiem'q; ferat, turpeis'q; podagras. Turpe grande. Virgilius geor. libro tertio. Optima toruæ forma bouis, cui turpe caput. Idem geor. libro quarto. Et turpis paſcit ſub gurgite phocas. Tenerum ſignificat gracile lentum. Virgilius geor. libro tertio. Et ros in tenera pecori gratiſſimus herba. Tenue uehemens. Virgilius geor. libro ſecundo. Tenuis'q; lageos tentatura pedes olim, uinctura'q; linguam. Tenue infœcundum. Virgilius geor. libro ſecūdo. Tenuis ubi argilla, & dumoſis calculus aruis. Tenue tenerum. Marcus Tullius de ſupplicijs in Verrem. Reticulum'q; ſibi ad nareis admouebat tenuiſſimo lino. Tenue frigidum. Virg. geor. libro primo. Ne tenues pluuiæ, rapidiue potentia ſolis acrior. Idem libro tertio. Tum tenues dare rurſus aquas. Tenue paruum exiguum. M. Tul. in Hortenſio. Eūdem non mediocri pecunia, Sed etiam tenui percipere poſſumus. Virgil. libro quinto. Et tenueis teucrum res eripe leto. Idem geor. lib. i. Ni refugis, tenueis'q; piget cognoſcere curas.

Tenet ſicuti eſt uſus, ſignificat comprehendit detinet. Virgilius æneidos libro quarto. Verum ubi correptum manibus, uinclis'q;

bus, uincliſq; tenebis. Marcus Tullius in Verrē diuinatione. non te, ſed hunc librum eſſe reſponſurum quem monitor tuus tenet hic. Tenet ĩhabitat poſſidet. Virgilius geor. libro quarto. Quæ gurgitis huius Ima tenes. Tenet prohibet. Virgilius geor. libro tertio. Texendæ ſepes, etiam pecus omne tenendum. Tenet compeſcit ſupprimit. Virgilius geor. libro quarto. Tenuitq; hinians tria cerberus ora. Tenet tegit. Virgil. geor. libro primo. Amnis abundans exit, & obducto late tenet omnia limo. Tenet dirigit. Virgilius æneidos libro primo. Sed uos qui tandem? quibus aut uenistis ab oris? Quo'ue tenetis iter? Tenet intelligit, dicit. Terentius andria. Id paues, ne ducas illam, tu autem ut ducas, rem tenes. Tremere dicitur commoueri, agitari. Virgilius libro. xi. Cur ante tubā tremor occupat artus. Tremere timere. Virgilius æneidos libro ſecūdo. Hic aliud maius miſeris, multoq; tremendum. Plautus aſinaria. Nō placet, pro monſtro eſt, quando qui ſudat tremit. Trahare conſuetudine manifeſtam habet ſignificationē. Virgilius æneidos libro ſecundo. Altaria ad ipſa trementem traxit. Trahere dare. Virgilius æneidos libro primo. Partibus æquabat iuſtis, & ſorte trahebat. Tentare eſt exerceri. Virgilius geor. libro quarto. Et tentat ſeſe, atq; iraſci in cornua diſcit arboris obnixus trunco. Tentare experiri. Virgilius libro octauo. His fretus non legatos, neq; prima per artem tentamenta tui pepigi. Tentare aggredi. Virgilius æneidos libro ſecundo. Extemplo tentanda fuga canit æquora Calchas. Tentare petere, dare. Virgilius æneidos libro tertio. Vnde laborum tētare auxilium iubeat. Tetrum uitabile. Marcus Tullius de officijs libro tertio. Poſtremo hæ iam ĩ liberis ciuitatibus regnandi exiſtunt cupiditates, quibus nihil tetrius, nihil fœdius excogitari poteſt. Tetrum dicitur illuuioſum, fœtidum. Virgilius æneidos libro tertio. Tunc uox tetrum dira inter odorē. Idem libro decimo. Lauit improba teter ora cruor. Marcus Tullius in Verrem actione. ij. Quàm multis iſtum ingenuis, quàm multis matribus familijs in illa tetra, atq; impura legatione uim attuliſſe exiſtimatis. Lucilius libro. xxx. Quæ non ſpectans ſpectandi ſtudioſe at hominis tetri impulſu ingreſſus. Tetrum amarum. Lucretius libro quarto. Ac ueluti pueris abſinthia tetra medentes cum dare conantur. Tetrum impium crudele. Marcus Tullius de officijs libro tertio. Promiſſum potius non faciundum, quàm tetrum facinus admittendum fuit. Torquere ſignificat inflectere. Virgilius geor. libro ſecūdo. Taxi torquentur in arcus. Terentius eunucho. illud uide os ut ſibi diſtorſit carnifex torquere gyro celeri rotare. Virgilius æneidos libro primo. Aſt illam ter fluctus ibidem Torquet agens circum. Torquere iacere mittere. Virgilius libro quinto. In medios telum torſiſti primus Achiuos.

Tueri dicitur ſeruare cuſtodire. Marcus Tullius epiſtolarum ad Cæſarem libro primo. Vt ſciret tuenda maiore cura eſſe, quæ parta ſunt. Virgilius libro octauo. Succedunt, uariantq; uices quod cuiq; tuendum eſt. Tueri uidere. Virgilius libro ſexto. Excipiunt plauſu pauidos, gaudentq; tuentes Dardanidæ. Pacuuius teucro. Quam te poſt multas tueor tempeſtates. Tergora dicuntur coria. Virgilius æneidos libro primo. Tergora diripiunt coſtis. Terga dorſa. Virgilius libro ſeptimo. Hinc raptas fugientibus ingerit haſtas in tergum. Lucilius li. xxviij. Orationem facere cōpendi poſtes dum ſaluo ĩtergo, & tergi non licet. Tergum ſcutum. Virgilius libro octauo. & uenit aduerſi in tergum ſulmonis. Idem libro decimo. Dentibus infrendens, & tergo decutit haſtas. Tranſmittere trahere, derelinquere. Lucilius libro. xxviij. Polemon & amauit mortem, & huic tranſmiſit ſuam ſtolam, quam dicunt. Temerarium ſicuti plerunq; a' temeritate. Temerarium metuendum, & ſolicitum. Plautus Aſinaria. Sed quid hoc, quod picus ulmum tundit? haud temerarium eſt, & in ſequentibus. Aut mihi in mundo ſunt uirgæ, ut atrienſi ſaureæ.

Tegetes a' tegendo. Varro de re ruſtica libro primo. Si quæ fiunt de cannabino iunco palma ſcirpo, ut funes, reſtes, tegetes, quæ fundo ſumi non poterunt. Taleas ſciſſiones lignorum, uel præſegmina Varro dicit de re ruſtica libro primo. Nam etiam nunc ruſtica uoce ĩtertaliare dicitur diuidere, uel excidere ramum ex utraq; parte æquabiliter præciſum, quas alij clabulas, alij taleas appellant.

V

Volare eſt auium. Virgilius æneidos libro primo. Humilis uolat æquora iuxta. Volare eſt celeriter currere. Terētius ecyra. Ne fruſtra illic expectet, uola. Virgilius æneidos libro quinto. Ecce uolat, calcemq; terit iam calce Diores. Vaſtum eſt magnum. Virgilius æneidos libro tertio. Vaſtumq; caua trabe currimus æquor. Vaſtum horrens, & aſperum. Cicero de oratore. Ita uultu, motuq; corporis uaſti, & agreſtes, ut etiam ſi ĩgenijs ualeant, atq; arte tamen in oratorum numerum uenire non poſſint. Vaſtum ingens. Virgilius æneidos libro primo. Hic uaſto rex Aeolus antro. Vaſtum ferox. Cicero thuſculanis. quæ barbara India tollere uaſtior, aut agreſtior.

Ventus ē flatus. Virgilius æneidos libro primo. Et mulcere dedit fluctus, & tollere uento. Ventus etiā ſignificat odorem. Plautus caſtellaria. Ita muſtulētus uentus nares obtigit.

Virtus eſt fortitudo. Virgilius libro quinto. Tunc pudor incendit uires, & conſcia uirtus. Virtus etiam ſignificat auxilium. Plautus milite. Deū uirtute euntem Hoſpitio accipere apud me eſt comitas. Virtus rurſum meritum eſt, & dignitas. Plautus milite. Sicuti mercipretium pro uirtute, ut ueneat, quæ improba eſt, pro mercis uitio dominum pretio pauperat.

Veſci eſt edere. Virgilius libro octauo. Veſcitur Aeneas ſimul & troiana iuuentus. Accius atreo. Ne cum tyrāno quiſquam epulandi gratia accumbat menſam, aut eandem ueſcatur dapem. Veſci etiam ſignificat uti. Virgilius æneidos libro primo. Quem ſi fata uirum ſeruant, ſi ueſcitur aura ætheria. Lucretius libro quinto. Quo'ue modo genus humanum uariante loquela cœperit inter ſe ueſci per nomina rerum. Pacuuius chryſe. Fugimus qui arte hac ueſcimur. Idem armorum iudicio. Qui uiget ueſcitur armis, ut percipiat præmium. Nouius Macco. Exule curiſis, tunc uadimonia ſuum ueſtimentum ueſceris. Accius armorum iudicio. Cedit Achilli idutis armis ueſci ſtudet, ut ea cuncta optima Achilli induto leuia præ illis putet. Idem phœniſſis. Num pariter uideor patris ueſci præmijs. Tullius de finibus bonorum, & malorum libro quinto. Si gerundis negotijs poſſit orbatus parati ſſimus ueſci uoluptatibus. ueſci iterum uidere. Accius athamante. Priuſquam ĩfans eſſes factus oculi ueſcuntur tui. Velare eſt operire, unde & reuelare nudare dicitur. Velare rurſum ligare. Pomponius pannuceatis. Nunc rogas quid fiat? reſtis eſt bilis uelet gulā.

Vola eſt media pars manus. Varro περὶ ἐνταφίων, pleni libri inquam, ubi maneant tapeti eorum, quorum in ſepulchris nec uola, nec ueſtigium extat. Idem Varro ταφῇ μενίππου. Hæc Numa Pompilius fieri ſi uiderit, ſciet ſuorum inſtitutorum nec uolam, nec ueſtigium apparere. Vola rurſum cauum eſt ſub planta.

Vanum leue inane. Virgilius geor. libro primo. Sed illos expectata ſeges uanis eluſit ariſtis. Vanum eſt mendax.